OBSERVATIONES CRITICAE

IN

CL. GALENI PERGAMENI

COMMENTARIOS

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΠΑΘΩΝ ΚΑΙ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΩΝ.

SCRIPSIT

Otto Hennicke
Dr. phil.

APUD M. JAECKEL.
POTESTAMPII 1902.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

CL. GALENI PERGAMENI

COMMENTARIOS

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΠΑΘΩΝ ΚΑΙ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΩΝ.

SCRIPSIT

Otto Hennicke
Dr. phil.

APUD M. JAECKEL.
POTESTAMPII 1902.

PARENTIBUS MEIS.

In Claudii Galeni Pergameni perdignos lectu commentarios *περὶ ψυχῆς παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων*, postquam eos ante hos duodeviginti annos denuo edidit Joh. Marquardt,[1]) magna sunt merita A. Nauckii, qui quod in censura editionis a Marquardtio factae diligentissima[2]) permulta menda sustulit emendationesque attulit, singulari laude persequendus est. Nonnulla etiam editoris peccata removit Ilbergius[3]) qui de eadem editione iudicium fecit quamquam breve tamen laude dignum.

Sed omnia sana non sunt. Inprimis enim qui percurret paginas editionis a Marquardtio factae valde mirabitur, quod editor saepissime totos versus uncis inclusit, quasi essent interpolationes, „quibus cum fere omnia scripta Galeni tum libri *περὶ ψυχῆς παθῶν καὶ ἁματρημάτων* inquinati ac turbati essent“.[4])

---

[1]) Claudii Galeni Pergameni scripta minora rec. J. Marquardt, J. Mueller, G. Helmreich. vol. I. Lipsiae 1884.

[2]) Mélanges gréco-romains tirés du Bulletin de l'académie impériale des sciences de St. Petersbourg. Tom. V. pag. 253 sq. sq.

[3]) Berl. phil. Wochenschr. V. 1885, p. 469 sq. sq.

[4]) Libello meo iam confecto animum meum vertit Roemerus in emendationes ad hos commentarios pertinentes

Itaque operae pretium futurum esse spero demonstrare illa 'emblemata' quae statuit Marquardtius in primo commentario maximam partem Galeni ipsius manui attribuenda esse.

Illos locos, si paginas pervolutamus, in duas classes referre possumus. Priorem enim classem illi loci efficiunt quibus Galenus id quod iam saepius dixerat eisdem fere verbis vel elocutione mutata iterat aut quibus argumenti cuiusdam confirmandi causa exempla affert, quae ut ab omnibus intelligantur, ex vitae cotidiano usu depromi solent.

Altera classis constat ex eis locis qui corrupti nobis traditi lenioribus vel gravioribus mutationibus sanari possunt, ita ut optime in sententiam quadrent.

Praeterea pristinam Galeni integritatem multis aliis locis restituere conabimur sive quos etiam in codicibus manu scriptis corruptos esse non intellexerunt Marquardtius aliique qui ante eum illos commentarios ediderunt sive quibus mederi possumus codicis Laurentiani 74, 3 scripturas investigantes.

Necessitatem autem de codicibus editionibusque uberius disputandi remisit nobis Marquardtius qui illam magnam et tractatu dignam quaestionem movit in observationibus criticis (Lipsiae 1870) pag. 9 sq. sq. et in praefatione editionis suae pag. IV sq. sq.

De codicibus tantum pauca repetamus:

---

quas fecit Pantazidis Atheniensis in libro: *Δύο κριτικαὶ διατριβαὶ ὑπὸ Ἰωάννου Πανταζίδου. Ἀθήνησιν* 1888. Sed cum mihi non contingeret, ut librum ipsum in manus acciperem, in annotationibus attuli illius critici coniecturas ex censura quam fecit Papageorg, Berl. phil. Wochenschr. 1889, p. 1391 sq

Commentarii exstant in codice lacunoso pessimoque Laurentiano 74, 3 saec. XII qui lectu difficilis est propter ambiguitates ex scriptura non satis accurata atque ex compendiis frequentissimis in quibus scriba sibi non constabat oriundas.

Ad hunc accedunt codices Marcianus 281 atque Laurentianus 74, 5 saec. XIV,[1] in quibus sine ullo fere scripturarum discrimine duo prima capita libri περὶ ἁμαρτημάτων exhibentur.

Fragmentum versionis latinae primi commentarii exstat in codice Dresdensi 92 saec. XV.[2]

Sed cum vix dubitari possit, quin codices Laurentianus 74, 5 et Marcianus 281 ex illo Laurentiano 74, 3 descriptae sint, hoc codice maxime innixus sum eiusque scripturas vel earum vestigia ubicumque potui secutus ad eam spem adductus sum me aliquantulum ad Galenum emendandum allaturum esse.

Intellexi fieri non posse, ut de his commentariis emendandis cogitarem, nisi nactus essem quam accuratissime factam huius codicis collationem. Quam ob rem viro doctissimo huiusque rei peritissimo Dr. Hermanno Schoene in universitate Berolinensi privatim docenti qui codicem L. 74, 3 nuper contulit ex animi sententia gratias ago quam maximas, quod mihi collationes suas liberalissime in usum tradidit.

---

1) De hoc cod. conf. Helmreich praef. ad Gal. 'De elementis ex Hipp. sententia libri duo.' pag. IX.

2) Conf. Kühn. Med. Graec. op. I p. CCIII.

Neque facere possum, quin magnam etiam habeam gratiam A. Roemero Erlangensi, viro honestissimo, quod nonnullas adscripsit optimas emendationes, quas afferam in annotationibus.

Nec poenituit me impensae operae: inveni enim ab editore omissas et falso indicatas codicis lectiones locis multo pluribus quam exspectaveram.[1]

Iam antequam ad rem ipsam accedamus, quid Galeno hunc librum scribenti propositum fuerit, quaerimus.

Ex prooemio libri primi apparet hos commentarios discipulo cuidam adulescenti scriptos esse, ut is exempla eorum secutus vir consummatus (*ἀνὴρ τέλειος*) fieret. Quod ut assequeretur, dicit Galenus, necesse esse unum quemque praeceptori — *παιδαγωγῷ* — se committere qui semper eum adhortaretur praeceptaque etiam atque etiam repeteret. Hac ratione sola homines viros consummatos fieri posse, nunquam ex se ipsis.

Quid igitur mirum est, quod Galenus hanc rationem homines erudiendi ipse quoque in commentariis suis praeceptor inventutis sequitur? Quo fit, ut eadem praecepta atque sententias eisdem fere verbis reddat, neque habemus,

---

[1] Ne iniusti videamur, pauca afferemus exempla: p. 1 v. 13 om. L. *ἔστιν*; p. 2 v. 16 *πρὸ τούτων* M. *πρὸ τούτου* L.; p. 3 v. 13 *ἀκρατέστερον* M. *ἀκυρώτερον* L.; p. 5 v. 9 *πλεονεκτικῶς* M. *πλεοτα̃* L.; ead. pag. v. 10 m. 1 *ἀλλὰ τῇ γ' ἡμετέρᾳ* m. 2 = M.; p. 6 v. 20 *πειράθητι* M. *πειρὸ* L.; p. 13 v. 4 *εὖρὸν* M. in indice, *νεῦρον* L.; p. 21 v. 16 *ἐν τῷ κολασθῆναι* M. *κολασθεῖσα* (om. *ἐν τῷ*) L.; p. 27 v. 10 *αἴσχιστον* M. *ἔσχατον* L.; p. 37 v. 13 *παρασκευὴν* M. *κατασκευὴν* L.; p. 61 v, 9 *κριτὴν* M. *κριτήρια* L.

quod has elocutiones tanquamsi sint emblemata a monacho vel alio quodam facta eiciamus.

Sed ipse scriptor hoc plane et evidenter dicit in verbis p. 16, 6 sq. *ὑπὲρ γὰρ τῶν ἀναγκαιοτάτων οὐδὲν χεῖρόν ἐστι καὶ δὶς καὶ τρὶς λέγειν ταὐτά.*[1])

Libellum igitur nostrum ita instituemus, ut priore capite de illis 'emblematis', quae quidem statuit M. in commentariorum libro primo, disputemus, altero de utriusque libri locis emendandis.

Notarum index.

L. = cod, Laurent. 74, 3. contulit Dr. H. Schoene. m. 1. = manum ipsius librarii tum significat, cum cavendum est, ne confundatur cum m. 2. = manu recentioris librarii qui non modo adscribendo et suprascribendo, sed etiam radendo mutandoque pristinam scripturam saepe obscuravit et oblitteravit. D = cod. lat. Dresdensis 92. M = Marquardtius. K = Kühniana editio. Don. = Donati versio lat. Venet. 1538. M. obs. crit. = Observationes criticae in Cl. Galeni librum *περὶ ψυχῆς παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων* scripsit Joh. Marquardt. Lipsiae 1870. Cob. = Cobetii emendationes quas promulgavit in Mnemosyne VIII p. 233—245. N. = Nauckii emendationes Mél. gr.-rom. p. 253 sq. sq.

---

[1]) Ceterum etiam respiciendum est primo commentarios publico usui destinatos non esse, id quod ex his scriptoris ipsius verbis plane elucet (p. 4, 4): *διότι τὸ βιβλίον τοῦτο δύναταί ποτε καὶ εἰς ἄλλων ἀφικέσθαι χεῖρας.*

A. Loci tanquamsi essent inter=polationes uncis inclusi.

P. 1 v. 11 sq. sq. *ἐφαίνετο δ',ὡς οἶσθα, καὶ ἀσαφῶς* (*σαφῶς* L. *λίαν ἀσαφῶς* N. l. c. p. 258) *ἑρμηνεύων τὰ πολλὰ τῶν εἰρημένων, ὡς* (*ὡς* om. L.) *εἰκάσαι μᾶλλον ἔστιν* (*ἔστιν* om. L.) *ἢ νοῆσαι σαφῶς.* [*ἐνίοτε μὲν γὰρ δόξει προτρέπειν ἡμᾶς ἐννοεῖν, ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλὰ παραπλησίως* (syllabam exeuntem -— *ως* superscripsit m. 2) *τοῖς ἄλλοις ἁμαρτάνομεν. ἐνίοτε δ' ὅπως ἄν τις ἕκαστον ὧν* (post *ὧν* add. m. 2 supra *ἂν*) *ἁμαρτάνει διαγιγνώσκοι, καὶ πρὸς τούτοις αὖθις, ὅπως ἄν τις ἑαυτὸν ἀπάγοι τῶν ἁμαρτανομένων, ὃ δοκεῖ μοι τοῦ λόγου παντὸς εἶναι σκοπός· ἕκαστον γὰρ τῶν προειρημένων ἄχρηστόν ἐστι καὶ περιττόν, εἰ μὴ πρὸς τοῦτον* (*τοῦτο* quod recte L. praebet, deposcit N. p. 258) *ἀναφέροιτο. διορθοῦν δὲ χρὴ αὐτὸν ἐν τοῖς μάλιστα παθήμασι* (*παθημ͂* with *α* superscript L. i. e. *παθήμασι*; item scriptum est p. 8, 23 *ἁμαρτήμασι*) *τῶν ἁμαρτημάτων*].

Marquardtius [obs. crit. p. 13] haec verba tanquamsi emblemata eiecit ratus singula enuntiata esse prorsus inter se confusa ac turbata: verba *ἀσαφῶς ἑρμηνεύων τὰ πολλὰ* ad ea pertinere exponit quae paulo infra subsequantur: *ἐνίοτε μὲν γὰρ περὶ παθῶν . . . . . . πολλάκις ὡς περὶ τῶν ἁμαρτημάτων.* Totam igitur periodum qua duo illa inter se cohaerentia enuntiata disiungantur interpolationem esse a monacho vel alio quodam factam. In altera periodi parte totam adnotationem *ὃ δοκεῖ μοι . . . . . . ἁμαρτημάτων* (p. 2. v. 2) interpolatoris speciem prae se ferre et prorsus abhorrere a Galeni ingenio.

Sed verba *διορθοῦν* et *ἐν τοῖς μάλιστα παθήμασι τῶν*

ἁμαρτημάτων non modo a Galeni ingenio abhorrent sed etiam a simplicissimo interpolatoris ingenio.

Iam vero priusquam huic loco mederi conabimur, sententiarum contextum accuratius inquiremus:
Galenus Antonium Epicureum[1]) qui libellum περὶ τῆς τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐφεδρείας conscripsit, quod parum clare ac distincte cum de voce ἐφεδρεία cogitaverit tum etiam multis aliis locis libelli utatur obscuris et minus acutis elocutionibus, reprehendit; summo enim vitio ei tribuendum esse, quod neglegentius distinxerit τῶν παθῶν atque τῶν ἁμαρτημάτων sententias, quarum differentias Galenus primus praedicaverit confirmans τὰ ἁμαρτήματα in hominum animis falsa opinione oriri, τὰ πάθη vi aliqua quae rationi non pareat, utraque autem perperam 'ἁμαρτήματα' significari solere.

Itaque lenissima mutatione verba διορθοῦν δὲ χρὴ αὐτὸν ἐν τοῖς μάλιστα παθήμασι τῶν ἁμαρτημάτων quae quemadmodum vulgo leguntur sensu cassa sunt sanari possunt in hunc modum: διορίζειν δ' ἔχρην αὐτὸν ἐν τοῖς μάλιστα τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτημάτων.

Quo facto omnia perbene se excipiunt. Sed dubito, an ex verbo διορθροῦν in codice L, scripto mutatione litterarum traditarum leniore quam adhibita (διορίζειν) restituamus διαρθροῦν quod vocabulum sane in hanc definitionem optime quadrat. Quae emendatio si nobis probatur, verba

---

[1]) Quis fuerit ille Antonius, postquam ipse me in hac quaestione diu multumque frustra torsi, non potui exquirere neque P. v. Rohden (Pauly-Wissowa I. 2. p. 2576). Conf. Gal. ed. K. XIX p. 629.

sequentia videlicet sic legenda sunt: τὰ παθήματα καὶ τὰ ἁμαρτήματα.[1])

Codicis autem scriptura ἐν τοῖς μάλιστα παθήμασι quam receperunt omnes editiones corrupta est librarii neglegentia, qui non intelligens ἐν τοῖς μάλιστα adverbii vicem (= inprimis) praestare, articulo τὰ omisso ex παθήματα quod scriptum erat in archetypo fecit παθήμασι.[2])

Sed iam redeamus ad verba p. 1, 12 sq. ἑρμηνεύων τὰ πολλὰ . . . . quae in codice L sic leguntur: ἐφαίνετο δ',ὡς οἶσθα, καὶ σαφῶς ἑρμηνεύων τὰ πολλὰ τῶν εἰρημένων, εἰκάσαι μᾶλλον . . . ἢ νοῆσαι σαφῶς.

Videbis Laurentianum et particulam ὡς et verbum ἐστίν

---

1) Διαρθροῦν saepius apud Platonem legimus. Conf. Legg. I 645 C. οὕτω δὴ καὶ κακία καὶ ἀρετὴ σαφέστερον ἡμῖν διηρθρωμένον ἂν εἴη. XII 963 B. ἢ σύ γε, Μέγιλλε καὶ Κλεινία, ἔχετον διαρθροῦντες ὑπὲρ αὐτοῦ φράζειν πρὸς ἐμέ. Prot. 322 A. ἔπειτα φωνὴν καὶ ὀνόματα ταχὺ διηρθρώσατο τῇ τέχνῃ.

Galenum Platonis libros propius inspexisse iam inde apparet, quod cum ad aliorum philosophorum Aristotelis, Theophrasti, Eudemi, Chrysippi, Kleitomachi libros tum ad Platonis dialogos enarrandos commentarios composuit. Conf. Gal. de libr. propr. c. 11. Zeller. Geschichte d. griech. Philos. III 3. Aufl. 1. p. 823 sq. sq. Fragments du commentaire de Galien sur le Timée de Platon. ed Daremberg. Par. 1848.

Itaque vix mihi vitio tribui posse puto, quod etiam in sequentibus Platonis argumenta ad locos tractatos pertinentia affero.

2) Ad totam hanc periodum usui erit conferre verba quae similia in prooemio alterius commentarii leguntur: p. 45. v. 10 sq. sq. Ενίοτε μὲν γὰρ ἰδίως (γὰρ ἰδ. om. L) . . . .

omisisse; itaque censeam *ὡς* non ante *εἰκάσαι* sed post *ἑρμηνεύων* quo loco oculi aberratione facilius omitti potuit inserendum esse et in *ὥστε* supplendum. Pro *ἐστίν* scribemus *ἦν* quod librarius oculi aberratione omisit.

Quae si correxerimus, verba melius sic leguntur: *καὶ ἀσαφῶς ἑρμηνεύων* ὥστε τὰ *πολλὰ εἰκάσαι μᾶλλον* ἦν *ἢ νοῆσαι σαφῶς.*

P. 2. v. 10 sq. sq. Galenus postquam in v. v. 8. 9. commemoravit voces *τῶν παθῶν* et *τῶν ἁμαρτημάτων* neglegentius mutari atque utraque — et *τὰ πάθη* et *τὰ ἁμαρτήματα* — significari solere voce *ἁμαρτήματα*, ut est mos eius, id quod intendit exemplo confirmat his fere verbis usus: *λέγω μὲν οὖν ἁμαρτάνειν καὶ τὸν ἀκολασταίνοντα καὶ τὸν θυμῷ τι πράττοντα καὶ τὸν διαβολῇ πιστεύοντα.*

Etiam huic loco a Marquardtio eiecto sucurrere possumus satis leni mutatione, ita ut optime in sententiam quadret: λέγομεν γοῦν *ἁμαρτάνειν καὶ τὸν ἀκολασταίνοντα καὶ τὸν θυμῷ τι πράττοντα καὶ τὸν διαβολῇ πιστεύοντα.*[1])

Dicere solemus eos peccare qui se effundant in aliqua libidine aut faciant aliquid ira commoti aut calumniatori fidem habeant.

P. 3 v. 17—27. Tum totum locum p. 3 v. 17—27 uncis inclusit non suo iure: *ὅστις μὲν γὰρ* (*γὰρ* om. L.) *ἐπὶ μικροῖς ὀργίζεται σφοδρῶς δάκνει τε καὶ κακίζει* [*δάκνει τε καὶ* αἰκίζει bene Pantazides] *τοὺς οἰκέτας, οὗτος μέν σοι δῆλός ἐστιν, ὅτι* (*ὅτι* om. L.) *ἐν πάθει καθέστηκεν, ὁμοίως δὲ καὶ ὅστις ἐν μέθαις*

---

[1]) Similiter Galenus exemplum introducit p. 74, 13. *Ἐξ ἀπόπτου γοῦν θεασάμενοι παραγενόμενόν τινα, ...*

τε καὶ ἑταίραις[1]) [τε καὶ om. L. pro ἑταίραις L: ετερ, ex ε m. 2 fecit αι] καὶ κώμοις (τε καὶ κωμ" L.) καταγίγνεται. τὸ δ' ἐπὶ μεγάλῃ βλάβῃ χρημάτων ἢ ἀτιμίᾳ μετρίως ταραχθῆναι τὴν ψυχὴν οὐκέθ' ὁμοίως ἐστὶ φανερόν, ἐκ τοῦ γένους τῶν παθῶν ὑπάρχει, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πλακοῦντα φαγεῖν ἀκρατέστερον (ἀκυρώτερον L.), ἀλλὰ καὶ ταῦτα κατάδηλα γίγνεται τῷ προμελετήσαντι τὴν (τὸ L.) ψυχὴν ἐξοδιάσαντί θ' (θ' om. L.) ἁπάντων παθῶν τὰ (τὴν m. 2 in margine.) ἐπανορθώσεως δεόμενα καὶ μεῖζον γ' ἔμπης ἀποφυγεῖν αὐτὰ διότι μικρά. (conf. M. p. LX.)

Galenus in antecedentibus (v. 14. τὰς μὲν μεγάλας ὑπεροχάς τε καὶ διαφορὰς τῶν πραγμάτων ἅπαντος ἀνδρός ἐστι γνῶναι, τὰς δὲ μικρὰς τῶν φρονίμων τε καὶ τεχνιτῶν.) dixit magnas rerum differentias ab omnibus discerni posse, parvas et subtiles non nisi ab eis qui in illis rebus se exercuissent; idem pertinere etiam ad affectus atque ad eas res quas homines facerent affectibus adducti; quae quo facilius intelligatur ab omnibus qui librum legunt quorumque praeceptor — παιδαγωγὸς ἀγαθός — esse vult, exemplum affert illud quod ipse saepius videbat et tu quoque cotidie in vitae usu videre potes:

Omnibus esse facile intellectu qui servos morderet ac male mulcaret aut qui nimiae vini aviditati se dederet aut stupra faceret eum esse affectibus captum. Qui autem magnae pecuniae aut honoris detrimentum mediocriter doleret eum similiter atque illum qui immoderatius placentas ede-

---

[1]) Primo commentarios perlustranti suspectum mihi erat vocabulum ἑταίραις et depravatum esse videbatur scribae neglegentia qui hoc quoque loco ut saepissime in codice Laurentiano compendia non recte intellexit, corrigendumque esse in ἑταιρείαις censui. Sed quia homini Graeco vocabulum pro lupanari deest, vix offendemus, quod verba ἐν μέθαις atque ἐν κώμοις iuxta ἐν ἑταίραις posita invenimus.

ret, affectibus provehi ad hanc libidinem intellegere non omnes sed eos solos qui ad hanc ipsam rem se exercuissent (scil: praeceptores).

Qui igitur re vera — Galenus tum pergit — vir consummatus (ἀνὴρ τέλειος) fieri vult eum penitus animo suo mentique mandare necesse est difficillimum esse τὸ ἑαυτὸν γνῶναι.

Tota igitur periodus a Marquardtio uncis inclusa optime in sententiam quadrat neque habemus, quod voluptate quadam interpolationum indagandarum incitati eam eiciamus, cum praesertim nonnulla in quibus offendimus facillime emendari possint.

Primum enim v. 22. inter verba φανερόν et ἐκ τοῦ γένους inseremus εἰ, ita ut Galenus in hunc modum scripserit: οὐκεθ' ὁμοίως ἐστὶ φανερόν, εἰ ἐκ τοῦ γένους τῶν παθῶν ὑπάρχει (idem coni. Pantazidis).

Deinde quod M. v. 23. ex ἀκυρώτερον (L,) fecit ἀκρατέστερον vix ei laudi dandum est, cum leniore mutatione ἀκορέστερον [vel ἀκορεστότερον — nihil enim est ponderis in terminationibus] restituere possimus, nisi forte unam solam litterulam mutans scribere vis: ἀκορώτερον. Sed non nisi uno testimonio hoc confirmari potest (Pind. P. 4. 202 εἰρεσία δ' ὑπεχώρησεν ταχειᾶν ἐκ παλαμᾶν ἄκορος).

P. 5. v. 25. 26. Πῶς οὖν ἄν τις ἐκκόψειε (—ψη L.) ταῦτα, μὴ γνοὺς πρότερον ἔχων αὐτά; [γνῶναι δ' ὡς ἐλέγομεν, ἀδύνατον, ἐπειδὴ σφόδρα φιλοῦμεν ἡμᾶς;] Cur Marquardtius hanc elocutionem deleverit, intellegere non possum, nisi forte quod iterum atque iterum Galenus hanc sententiam — τὸ ἑαυτὸν γνῶναι ἀδύνατον — τὸ ἑαυτὸν γνῶναι χαλεπώτατόν ἐστιν — repetiverit, eam eiciendam esse putaverit. Sed cum totus

libellus eo intendat, ut rationem, qua homines viri consummati fiant, demonstret atque exponat ad hanc exercitationem maxime necessarium esse *τὸ ἑαυτὸν γνῶναι* quod nemo assequi possit quin cum praeceptore se coniunxerit — viros sapientes solos eosdemque non nisi maximo labore consumpto se ipsos cognoscere posse censet — aptissime hoc loco Galenus, postquam dixit neminem se ipsum vitiis liberare posse, priusquam vitia sua cognoverit, tanquamsi parenthesin hanc sententiam inserit. — Sed scripserim Roemero auctore v. 26. *ἡμᾶς* αὐτούς.

P. 7. v. 22. sq. sq. *Ὥστε μηδὲ σὺ νομίζῃς* (*νόμιζε* L.) *αὐτὸς ἄλλο τι μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος εἶναι,* [*νομίζεις δ' ἄλλο τι μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος ὑπάρχειν, ἐὰν ἀναπείσῃς σαυτόν, ἅπαντα καλῶς σοι πεπρᾶχθαι μὴ ὅτι ἑνός μηνός, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας*].

Paulo ante Galenus exposuit neminem inveniri quin cotidie peccaret; itaque ille cui commentarios suos dedicavit se ceteros homines superare ne putaret; illum autem ceteris se antecellere opinaturum esse, si uno modo die se vitiis vacuum aestimaret.

Contra haec autem illum respondere posse homines sapientes solos vitiis carere, ut sibi ipsi, cum non sit vir sapiens, vitia crimini dari non possint.

Tota igitur periodus, cum optime in sententiam quadret, minime Galeno deneganda est, sed scriptoris nostri consuetudini plane et diffuse loquendi convenit.

Sed iam videbimus singula verba, quae in cod. L. sic leguntur: *ὥστε μηδὲ σὺ νόμιζε σαυτὸν ἀλλ' ὅτι καὶ μισάνθρωπον εἶναι· νομίζεις δ' ἄλλου τε ἄλλον ἄνθρωπον ὑπάρχειν, ἐὰν ἀναπείσῃς αὑτὸν, ἅπαντα καλῶς σοι πεπρᾶχθαι, μὴ ὅτι* $\overset{η}{μ}$ *ἑνο`* (add. o. m. 2) *ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας.*

Marquardtium optimam codicis lectionem *μὴ νόμιζε* non modo non correxisse, sed potius in deteriorem mutavisse iam Nauckius monuit.[1])

Deinde ex verbis Laurentiani *σαυτὸν ἀλλ' ὅτι καὶ μισάνθρωπον εἶναι* facilius restitui posse mihi videtur haec lectio: *σαυτὸν ἄλλο τι καὶ μὴ ἄνθρωπον εἶναι.*[2])

Tum vero verba proxime sequentia *ἄλλου τε ἄλλον ἄνθρωπον ὑπάρχειν* dittographia orta esse plane videntur, ita ut scribendum sit: *νομίζεις δ',ἐὰν ἀναπείσῃς αὐτὸν* (vel *σαυτὸν*).

P. 10. v. 7—8. Lenissima mutatione etiam periodum p. 10. v. 7. 8: [*ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἀληθεύων παραφανῇ, διασπᾶσθαι* (*διασπᾶν τε* L.) *πρὸς αὐτῶν* (*αὐτὸ* L. *αὐτὸν* M. falso in indice). sanare possumus.

'Qui divitiis magnis et auctoritate publica praediti sunt eis omnes blandiuntur; nemo eos peccantes vituperare vult. Sin autem, quamquam haec ita sunt, tamen vir probus qui qui vitia eorum nihilo minus deprehendat inveniatur, adulatores eum a divite patrono disjungunt.'

Cum iam clara sit sententia, nos ita locum effingamus: *ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἀληθεύων παραφανῇ, διασπᾶται*[3]) *πρὸς αὐτῶν.*

---

[1]) l. c. p. 259. Alia quoque eiusmodi menda editoris quae notissimae legi grammaticae repugnant contulit ibidem.

[2]) Satis multa huius *καί* adversativi exempla ex scriptoribus contulit Hartung, Griech. Grammat. ed. *II* Blass. II. p. 729. Conf. Thukyd. I. 120. *τοὺς δὲ τὴν μεσόγειαν μᾶλλον καὶ μὴ ἐν πόρῳ κατῳκημένους.*

[3]) Hac notione quam deposcimus legimus verbum *διασπᾶν* apud Xenoph. Cyropaed. II. 1. 28. *ἑώρα καὶ τὰ θηρία τὰ ὁμοῦ τρεφόμενα δεινὸν ἔχοντα πόθον, ἤν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ' ἀλλήλων.* VI. 1. 45. *ἐπεχείρησέ ποτε ἐμὲ καὶ τὸν ἄνδρα διασπάσαι ἀπ' ἀλλήλων.*

P. 12, v. 22. Etiam verba p. 12. v. 22: ἀλλ' ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μιασμοῖς (μι" L?) minime interpolatori cuidam attribuenda sunt. Sed optime hoc intelligemus, si sententiarum ordinem perspiciemus quem hoc loco Galenus sequitur.

Qui postquam ostendit neminem subito ira vacuum fieri posse, docere vult, qua ratione tales viri fieri possimus. Exercitatione continua enim ad illud — τὸ ἀόργητον εἶναι — pervenire possumus iras coercentes. Quod si saepius fecerimus, nosmet ipsos lenius quam antea irasci mox intelligemus, ut neque parvis neque magnis causis sive detrimentis pecuniae aliarumque rerum sive iniuriis ad iram adducamur: ὡς μήτ' ἐπὶ σμικροῖς μήτ' ἐπὶ μεγάλοις θυμοῦσθαι. Sed si quis nos magna ignominia afficiet (ἐπὶ μόνοις τοῖς μεγάλοις μιασμοῖς) nondum ira desistemus. Quam ad perfectionem animi perveniemus multo tempore ad hanc exercitationem consumpto, ita ut ne maxima quidem ignominia affecti ira inflammemur.

Hoc igitur continetur in Galeni verbis: οὕτω γὰρ ὑπάρχει[1]) ποθ' ὕστερον, αὐτὸν μήδ' ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ὀργίζεσθαι μιασμοῖς; (οὕτω γὰρ . . . . i. e. exercitationem illam continuantes).

Quae cum ita sint, non habemus, quod nos moveat et moneat, ut hanc periodum tanquamsi emblema eiciamus.

P. 12 v. 24 — p. 13 v. 12. . . . . ἥν τις, ὅπερ (ἐν τις ὡς ὅπερ L.) ἐγὼ προστάξας ἑαυτῷ (αὐτό L.) μειράκιον ὢν ἔτι διὰ παντὸς ἐφύλαξα τοῦ βίου, φυλάξῃ (φυλ. in L. deest.) τὸ μηδέποτε τυπτῆσαι τῇ χειρί μου μηδένα τῶν οἰκετῶν, ὅπερ ἤσκηταί μου καὶ τῷ πατρί . . . . . . (lacuna in L. non est) καὶ πολλοῖς (πολλοὺς L.) ἐπετίμησε τῶν φίλων περιθλάσασι χεῖρας (εὑρὼν K. νεῦρον Cob.

---

1) ὑπάρξει melius Pantazidis. coll. p. 40, 20.

et L.) ἐν τῷ πατάξαι κατὰ τῶν ὀδόντων οἰκέτας, ἀξίους εἶναι λέγων ἐπὶ τῇ γενομένῃ φλεγμονῇ καὶ σπασθῆναι καὶ ἀποθανεῖν. [ὅπου γὰρ ἐξῆν αὐτοῖς καὶ νάρθηκι καὶ ἱμάντι μικρὸν ὕστερον ἐμφορῆσαι (ἐφορῆσαι L.) πληγάς, ὅσας ἠβούλοντο καὶ (καὶ om. L.) τῇ βουλῇ τὸ τοιοῦτον (τοῦ L.) ἔργον ἐπιτελεῖν.

Ἄλλοι δ' οὐ μόνον πύξ, ἀλλά καὶ λακτίζουσι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττουσι καὶ γραφείῳ (γραφίῳ L.) κεντοῦσιν, ὅταν τοῦτο τύχωσιν ἔχοντες.] εἶδον δέ (γέ K.) τινα καὶ καλάμῳ (κάλαμον L.), δι' οὗ γράφομεν, ὑπ' ὀργῆς εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πατάξαντα τὸν οἰκέτην (τ' οἰκε L.).

Primum verba rectius mihi videntur in hunc modum distinguenda: ἥν τις, ὅπερ ἐγὼ προστάξας ἑαυτῷ μειράκιον ὢν ἔτι διὰ παντὸς ἐφύλαξα τοῦ βίου, φυλάξῃ τὸ μηδέποτε τυπτῆσαι τῇ χειρί μου μηδένα τῶν οἰκετῶν, ὅπερ ἤσκηταί μου καὶ τῷ πατρί· καὶ πολλοῖς . . . . . . Deinde nosmet totum locum emendabimus ex ἐπετίμησε corrigentes ἐπετίμησα.

Sed inspiciamus sententiarum contextum: Galenus in antecedentibus gravissime vituperat eos qui statim verberibus punire solent; illos esse dignos qui pereant vulneribus quae dentibus servorum male mulcatorum laesi acceperint. Licere enim eis ira dimissa ad puniendum scorpione vel taurea uti atque deliberatione consilioque poenam repetere. Nam eos qui non modo pugnis sed etiam calcibus vel stilo servos contundant saepe magnum malum excitare. Quod ut confirmet, exemplum illud Hadriani imperatoris Romanorum affert qui servum stilo contusum altero oculo privaverit.

Sed ex re erit, si verba quibus Galenus hoc exemplum introducit sic corrigemus: εἶδον γέ τινα καὶ καλάμῳ . . . . . . et paulo ante καὶ βουλῇ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐπιτελεῖν. (τῇ ante βουλῇ in codice librarii indiligentia ex καὶ ortum videtur).

Denique v. 4. Laurentiani lectionem: περιθλάσασι νεῦρον ἐν τῷ πατάξαι . . . servabimus, praesertim cum iam Cobetius (l. c. p. 112. 238.) ex εὑρὼν quae codicis lectio falso ei videbatur νεῦρον restituerit veram codicis scripturam ignorans. Hac re igitur elucet iterum divina quaedam sagacitas illius viri critici.

P. 15 v. 14 sq. sq. πλέον αὐτῷ διελέχθην (διηλέχθη L.) ὑποτιθέμενοις, ὅπως χρὴ παιδαγωγῆσαι τὸ ἐν ἡμῖν θυμοειδὲς τῷ λόγῳ δῆλον ὅτι καὶ οὐ (om. οὐ L.) διὰ μαστίγων [ἀλλ' ἑτέρῳ τρόπῳ παιδαγωγῆσαι (—γεῖται L.) διῆλθον.] Depravatum esse hunc locum atque perditum quamquam nemo est quin intelligat, tamen melius corrigendus quam eiciendus erat; transpositione enim vocabulorum satis leni adhibita huic quoque loco sucurrere possumus. Quae sententia sit, minime dubium esse potest.

Galenus illi viro qui, ut verberibus afficeretur, impetraverat iram coercendam esse exposuit ratione, non verberibus.

Corrigendum igitur mihi quidem videtur in hunc modum: ὑποτιθέμενος τῷ λόγῳ δῆλον ὅτι, ὅπως χρὴ παιδαγωγῆσαι τὸ ἐν ἡμῖν θυμοειδές· καὶ οὐ διὰ μαστίγων, ἀλλ' ἑτέρῳ τρόπῳ παιδαγωγῆσαι δεῖν [1]) διῆλθον.

P. 16 v. 15—23 καταστάντος γάρ τοι τοῦ θυμοῦ σωφρονέστερον ἐπισκέψῃ, πόσας χρὴ πληγὰς ἐντεῖναι τῷ τῆς κολάσεως ἀξίῳ. ἢ μηδὲ τὴν (τὴν om. L.) ἀρχὴν ἄμεινόν ἐστι σὺν γνώμῃ (συγγνώμῃ L.) πράξειν (πράξαι L.) οὕτω αἰτήσαντα (αἰτήσει L.) ἱμάντα καὶ σωφρονίσαντα (—νήσαντα L.) λόγῳ καὶ ἀπειλήσαντα μηκέτι τὸ λοιπὸν (λυποῦ L.) συγχωρήσειν, ἐὰν ὁμοίως ἁμάρτῃ; (ἁμαρ̄' L.)

---

[1]) Verbum δεῖν ratione palaeographica facile potest inseri; sed etiam per ellipsin quandam verba impersonalia χρή aut δεῖ omissa inveniri M. p. XXXI. exposuit.

Etiam hanc periodum maxime esse corruptam facile est intellectu neque editori repugnabimus qui contextum verborum qui quidem nobis traditus est ridiculum esse et tam absurdum, ut nemo sapiens Galeno eum imputaturus sit, suo iure dicit (p. LXI.). Attamen ainigma nos soluturos esse speramus.

Monuerat enim Galenus in eis quae antecedunt, ne quis irae nimis indulgeret neve iracundia inflammatus crudelius in servos animadverteret; poenam vel potius in posterum diem esse differendam. Ira enim deflagrata rectius discerni posse, quanta poena servus afficiendus esset.

Servo autem qui primum peccavisset melius veniam dandam esse atque minandum, ne iterum ei peccanti ignosceretur; sin autem, cum ira mente decessisset, — *μηκέτι ζέοντος τοῦ θυμοῦ* — quid faciendum esset, constituissemus — *ὁπότε καὶ τῷ λογισμῷ τὸ ποιητέον εὑρήσεις* (*πυκτεῦον* cod. et omnes editiones, *ποιητέον* Cob.) — etiam tum melius esse aequo animo poenam repetere.

Vocabulorum terminationibus lenissime mutatis etiam huic loco nos mederi posse putamus in hunc modum: *καταστάντος . . . . . ἀξίῳ. ἢ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἄμεινόν ἐστι σὺν γνώμῃ πρᾶξαι οὕτως αἰτήσαντα ἱμάντα καὶ σωφρονίσαι λόγοις καὶ ἀπειλῆσαι μηκέτι τὸ λοιπὸν συγχωρήσειν, ἐὰν ὁμοίως ἁμάρτῃ;*

Verbis ita emendatis non dubito, quin censeas etiam elocutionem sequentem (v. 22) *ὁπότε καὶ τῷ λογισμῷ τὸ ποιητέον* (Cob. emend.) *εὑρήσεις* optime in sententiam quadrare et Galeni manui attribuendam esse. Pergit enim scriptor: Etiam si circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis tamen illum qui peccavit poena afficere constituisti, melius est id facere, cum ira mente decessit.

P. 17 v. 18—21. [ἆρ' οὖν ἀρκεῖ σοι μηκέτ' εἶναι θηρίῳ, του ἄνθρωπος[1]) γενέσθαι καλὸς κἀγαθὸς οὐ πεφροντικότι, ἢ βέλτιόν ἐστιν, ὥσπερ οὐκέτι θηρίον, οὕτω μηδ' ἄφρονά σε μηδ' ἀλόγιστον ἔτι διαμένειν;]

Verba in L. depravata sic leguntur: ἆρ' οὖν ἀσκήσοι μηκέτ' εἶναι θηρίῳ τοῦ ἄνθρωπος γενέσθαι καλὸς κἀγαθὸς οὐ πεφρόντικας, ἢ βέλτιόν ἐστιν . . . . . .

Quem locum si eiceremus, sententiarum contextum deleremus, quoniam verba sequentia ἔσῃ δὲ τοιοῦτος (scil. φρόνιμος ἄνθρωπος v. 17) minime referri possunt ad verba ἀλλ' ἐν μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν (τῶν addidi ex L.) θηρίων, sed referenda sunt ad οὕτω μηδ' ἄφρονά σε μηδ' ἀλόγιστον ἔτι διαμένειν;

Ne longus sim, explanabo sententiarum contextum.

In verbis quae antecedunt Galenus exposuit eum qui caveret, ne servos calce aut dente laederet, non iam hominem esse sapientem; esse aliquid inter homines et bestias, qua in re assequenda ne quis acquiesceret; vel potius id spectaret, ne insipiens neve insanus esset; ad id re vera eum perventurum esse, si in omnibus quae facturus esset rationem, non affectum sequeretur. (ἔσῃ δὲ τοιοῦτος, ἐὰν μηδέποτε θυμῷ δουλεύων, ἀλλ' ἀεὶ διαλογιζόμενος ἅπαντα πράττῃς.)

P. 23 v. 7 sq. sq. Venimus nunc ad quaestionem graviorem fortasse, certe difficiliorem. Periodum enim p. 23 v. 7 sq. sq.: [τοῦτο (εἶτα L. correxit M.) καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτὸν ⟨χρὴ⟩ (χρὴ om. L.) ἀναμιμνήσκειν (ἀνεμίμνησκεν L.), ἄμεινον μὲν

---

[1]) Lege: τοῦ (δ') ἄνθρωπος. Helmreich cum Roemero per litteras communicavit.

εἰ πολλάκις, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως (*παντός* L) *γε κατὰ τὴν ἕω, πρὶν ἄρχεσθαι τῶν πράξεων, εἰς ἑσπέραν δέ, πρὶν ἀναπαύσεσθαι μέλλειν.*

Ἐγὼ δήποτε[1]) *καὶ* (post *καὶ* inser. L. *ταύτας δὴ*) *τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις* ⟨*ἐμαυτὸν*⟩ (*ἐμ.* om. L.) *εἴθισα δὶς τῆς ἡμέρας ἀναγιγνώσκειν μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ στόματος ὕστερον.*] *Οὐ γὰρ ἀρκεῖ μόνον ἀοργησίαν ἄγειν* (*ἀσκεῖν* bene emend. N. l. c. p. 264 Jambl. p. 227) *ἀλλὰ καὶ λιχνείας καὶ λαγνείας* (*λαχνείας* L.) . . . . . . quam Marquardtius ingenium interpolatoris prae se ferre ratus removeri vult (p. LXIII), Galeno ipsi adscribendam esse nobis propositum est demonstrare.

Qua in re maxime adiuvamur quaestionibus Nauckii quas instituit in editione sua Jamblichi libri de vita Pythagorica.[2])

Quo in libro (p. 226) refutat sententiam Cobetii, qui contendit (l. c. p. 240) Galenum Pythagorae aureum carmen quod inscriptum *τὰ χρυσῆ ἔπη* ad nostram aetatem pervenit tenuisse memoria, quia nemo scriptorum ante Jamblichum huius tituli mentionem fecit (ibid. p. 220), necessarieque demonstravit notam fuisse Galeno syllogen quandam *παραινέσεων* quae Pythagorae vel Pythagoreis adscriberentur.[3]) Cur autem Marquardtius periodum interpolatori attribuerit, quaerimus. Si quid video — nam rationem non confirmavit argumentis —, quia Galenus quamquam in antecedentibus hoc ipso titulo *Πυθαγόρου παραινέσεων* nulla mentio facta est, attamen sermonem producit verbis: *ἐγὼ δήποτε*

---

[1]) *δήπου* iure mavult Nauckius. Jambl. de v. P. p. 226.

[2]) Petropoli 1884.

[3]) Elucet igitur ne Nauckio quidem verba suspecta fuisse.

καὶ ταύτας (*ταύτας* ex L. addendum est) *τὰς φερομένας*. Sed ut omittam haec verba quibus illas sententias Pythagorae ipsius esse negari mihi quidem videatur potius medico nostro doctissmo atque in cuiusque generis scriptis multum volutato quam interpolatori cuidam simplicissimi ingenii attribuenda esse, — mirum non est, quod Galenus, cum in antecedentibus ex nonnullis quae dicuntur Pythagorea proverbiis sententiarum nexum, non verba ipsa — uno exemplo excepto[1]) — indicaverit, nunc primum Pythagorae auctoritatem profert, quia confidere potuit legentes quibus haud dubie illa proverbia illis temporibus notissima erant auctoris ipsius recordaturos esse.

Sed iam audiamus delectum exemplorum ad confirmandam nostram sententiam. Qua in re liceat mihi adscribere versus carminis aurei qui quidem ad Galeni verba quaecumque tractamus attinent.

Necessitatem autem referendi argumenta illius carminis quod compilator quidem et falsarius ex veris Pythagoreis sententiis composuit ad eiusmodi Pythagoreorum *παραινέσεις* remisit nobis Nauckius (ibid. p. 213 sq. sq.)

Jam vero singula videamus.

Galeni praeceptum, quod verbis mutatis saepius legitur (p. 18 v. 25) *εἶθ' ὅτι, κἂν ψευδῶς σοι φαίνηταί ποτ' ἐγκαλέσας* (sc. *ὁ παιδαγωγός*), *ἀόργητον προσήκει φαίνεσθαι* ad Pythagoreorum versum (23) *ψεῦδος δ' ἥν περ τι λέγηται, πρᾴως εἶχ'* respicit.

Congruere deinde videntur Galeni sententiae (p. 19 v. 18 sq.)

---

1) Conf. p. 20. v. 10 sq. *σὺ δὲ σαυτὸν αἰδοῦ μάλιστα πειθόμενος τῷ φάντι· 'Πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.'* = Carm. aur. v. 12. Stob. Flor. 24. 2. Conf. N. Jambl. de v. P. p. 213. 214. p. 226.

ἐπιτρεπτέον τε πᾶσι κατηγορεῖν ἡμῶν, ἀκουστέον τε πράως αὐτους . . κ. τ. ε. et carminis aurei versus (21—23):

πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
εἴργεσθαι σαυτόν.

Galenus saepius (p. 21, 5 20, 20 sq. sq.) easdem voluptates libidinosas aspernatur atque hi carminis versus:

κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε
καὶ θυμοῦ.

Sed ne longus sim, neminem, credo, qui perlegerit Galeni praecepta atque illud carmen aureum effugiet utriusque sententias re concinere, verbis discrepare. Quae cum ita sint, non habemus, quod nos moveat et moneat, ut totum hunc locum tanquamsi emblema eiciamus.

P. 26 v. 20—23. [ὅπερ εἴωθα λέγειν ἑκάστοτε, καὶ νῦν ἐρῶ. καθ' ἕτερον μὲν τρόπον ἁπάντων ἐστὶ δυσκολώτατον ἑαυτὸν γνῶναι, καθ' ἕτερον δὲ ῥᾷστον. ἐὰν μὲν γὰρ ἐντὸς θέλῃ τις αὐτὸς, χαλεπώτατόν ἐστιν.] Verba in codice sic leguntur: ὅπερ (num ὃ γὰρ?) εἴωθα λέγειν ἑκάστοτε καὶ νῦν ἐρῶ. καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἁπάντων ἐστὶ δυσκολώτατόν ἐστιν, καθ' ἕτερον δὲ ῥᾷστον. ἐὰν μὲν γὰρ ἔντα θέλῃ τις τιμηθῆναι αὐτὸς χαλεπώτατόν ἐστιν.]

Ex μὲν quod in archetypo post καθ' ἕτερον scriptum erat librarii indiligentia δέ factum et ἐστίν post δυσκολώτατον oculi aberratione ortum est; verba ἑαυτὸν γνῶναι in Laurentiano suo iure desunt, cum ex sententiarum connexu facillime intelligi possint.

Tum lenissima mutatione verbis quae sequuntur mederi potes scribens: ἐὰν (μὲν dittographia ortum delendum est) γὰρ ὄντως (ὄντως coniec. M.) θέλῃ τις τιμᾶν αὐτόν, χαλεπώ-

τατόν ἐστιν. Qua sanatione adhibita omnia se bene excipiunt. Galenus iterum atqua iterum nos monet: ‚Maxime interest nosmet ipsos noscere; alia via id facillimum, alia difficillimum est; si quis vero honore afficere vult se ipsum (ὄντως τιμᾶν αὐτόν) difficillimum est.‘ [1])

P. 27 v. 7—14. Venimus nunc ad locum mutilum p. 27 v. 7—14: [καὶ γὰρ ἡ φιλονεικία καὶ ἡ (ἡ om. L.) φιλοδοξία καὶ ἡ φιλαρχία πάθη τῆς ψυχῆς εἰσι. τούτων ἔλαττον μὲν ⟨ἡ λύπη⟩ (ἡ λύπη om. L., add. M.), ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ πάθος. περὶ δὲ τοῦ φθόνου τί δεῖ καὶ λέγειν; αἴσχιστον (ἔσχατον L.) τῶν κακῶν ἐστιν· ὀνομάζω δὲ φθόνον, ὅταν τις ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς λυπῆται. πάθος μὲν ἐστι καὶ λύπη πᾶσα (πᾶ L.), χειρίστη δὲ ὁ (τω L.) φθόνος ἐστίν, εἴτε (οὕτως L.) ἓν τῶν παθῶν εἴτε λύπης ἐστὶν εἶδος πλησιάζον αὐτῇ (πλησιάζων δέ πως αὐτῇ L.).]

Videbis Galenum postquam in antecedentibus illam rationem qua homines affectus quibus sint praediti cognoscere atque sanare possint omnibus affectibus communem esse (ἡ κοινὴ πάντων διαγνώσεώς τε καὶ θεραπείας) dixit, aptissime hoc loco pleniorem affectuum seriem proferre, ita ut legentes, num haec ratio sanandi vera sit, optime explorare possint varios affectus perlustrantes. [2])

---

[1]) Ad sententiam loci melius intelligendam conferas: p. 18, 20 ὡς ἄμεινον μὲν ἐστιν ἑαυτὸν τιμῆσαι τῶν καλῶν κἀγαθῶν. p. 19 v. 7 προῃρημένος γε τιμᾶν σεαυτόν. p. 60 v. 26 οἱ δὲ τιμήσαντες ἑαυτοὺς προπετῶς.

[2]) Affectus autem principales omnibusque notos iam supra scriptor commemoravit: p. 5 v. 18 sq. sq. ἔστι δὲ πάθη ψυχῆς, ἅπερ ἅπαντες γιγώσκουσι, θυμὸς καὶ ὀργὴ καὶ φέβος καὶ λύπη καὶ φθόνος καὶ ἐπιθυμία σφοδρά.

Vide etiam t. XVI K.: p. 325: ἐνόμαζον γὰρ οἱ παλαιοὶ πάθη ψυχῆς πέντε ταῦτα· λίπην, ὀργὴν, θυμὸν, ἐπιθυμίαν καὶ φόβον.

Sed ut fingamus hunc locum esse interpolatum, Galenus verbis ἡ κοινὴ πάντων διαγνώσεώς τε καὶ θεραπείας male adiungeret verba κοινὴ δ' ἐφ' ἁπάντων ὁδὸς τῆς ἰάσεως ἡ προειρημένη, quae pronuntiata quorum altero idem atque altero contineatur aptiora sunt, si periodus quaedam inter ea interiecta est.

Sed maximam huius loci difficultatem in eo esse apparet, quod in codice affectus cuiusdam appellatio deest post verba τούτων ἔλαττον μέν quo loco editorum substantivum ἡ λύπη falso inseruisse nobis propositum est demonstrare.

Qui enim sanus contextus sententiarum inter verba τούτων ἔλαττον μὲν ἡ λύπη et πάθος μέν ἐστι καὶ λύπη πᾶσα quarum altera alteram subsequitur statui potest?

Praeterea verba p. 28 v. 11. ἡ λύπη δ' ἅπασι φαίνεται κακόν quibus M. coniecturam suam confirmari putat etiam in contrarium afferi posse nemo est quin intelligat.

Sed eo ipso loco quem iam supra tulimus (ἔστι δὲ πάθη ψυχῆς . . . . .) Marquardtii coniectura falsa evincitur, quod hos sex affectus principales atque maximos scriptori videri ex toto loco elucet (vide enim p. 5 v. 20 sq.: κατὰ δὲ τὴν ἐμὴν γνώμην καὶ τὸ φθάσαι πάνυ σφόδρα φιλεῖν ἢ μισεῖν ὁτιοῦν πρᾶγμα πάθος ἐστίν).

Qua de causa ferri nequit Galenum dicere loco nobis proposito dolorem minorem affectum esse cupiditate certandi et gloriae et imperandi, quod, si id diceret, sibi non constaret; nam affectus φιλονεικία, φιλοδοξία, φιλαρχία oriuntur ex nimio alicuius rei amore [ἐκ τοῦ φθάσαι πάνυ σφόδρα φιλεῖν ἢ μισεῖν ὁτιοῦν πρᾶγμα].

Sed haec eadem contemplatio iam nos inducit in rectam

viam quaestionis gravissimae, cuius affectus appellatio inserenda sit pro illa falsa editoris coniectura.

Id autem iam pro certo eruimus deposci appellationem alicuius affectus qui minore gravitate est ex Galeni sententia non modo quam illi quinque vel sex affectus principales, sed etiam quam illi affectus proxime praegressi, quique idem ex nimia alicuius rei cupiditate ortus eadem fere natura est atque φιλονεικία, φιλοδοξία, φιλαρχία. Quae cum ita sint, non longe a proposito me aberraturum esse spero, quod ad emendandum totum locum inserendum esse puto: ἡ δοξοσοφία. Nam videmus Galenum per totam fere posteriorem partem libri alterius in illos homines insipientes qui se habere omnium rerum scientiam arroganter opinantur acerrime invehi eosque irrisu insectari, ut demonstret hos quoque, quamvis magnam multitudini ineruditorum hominum admirationem sui iniciant, tamen affectu esse praeditos.

Sed illa sanatione adhibita omnia bene se habent.

P. 30 v. 2—4. Minime suspecta sunt mihi verba p. 30 v. 2—4: [οὕτω δὲ καὶ τῶν ῥαθύμων ἐπὶ ταῖς ἐναντίαις αἰτίαις (αἰτίαις om. L., bene add. M.) ἕκαστον ἰδεῖν ἔστι (scribe: ἐστι) ῥαθυμοῦν (ῥαθυμεῖν L.)] neque intelligere possum, qua deliberatione commotus editor illa eiecerit.

Galenus postquam in verbis quae antecedunt pueros variis causis adductos eadem petere exposuit, hanc regulam etiam ad affectus confert exemplo usus animi levitate.

‚Eos qui animo levi praediti sunt contrariis de causis levitate usos videre potes.' Sed ego scripserim ῥαθυμοῦντα ratus Galenum, nisi forte ἕκαστα (sc. παιδία) scripsit, genus masculinum (ἕκαστον sc. ἄνθρωπον) hoc loco cum neutro mutavisse.

P. 31 v. 89. [*τὸ γὰρ ἑαυτὸν γνῶναι* (*φάναι* L., quod scribae neglegentia permutatum cum antecedenti *φάναι*. Verba recte transposuit M.) *χαλεπόν ἐστι καὶ τοῖς τελείοις ἀνδράσι, μή τοί* (*μή* L. praeopto μήτε.) *γε δὴ τοῖς παισίν*.

Galenus rursus loco aptissimo, postquam dixit se docere non posse, qualem habeat naturam, enuntiat se ipsum noscere difficillimum esse.

Iniquissime igitur editor ad hunc locum adnotavit (p. LXII): ‚Si ea Galenus scripsisset, senex se ipsum puerum appellaret.' —

Minime vero! Sed perspiciamus sententiarum contextum.

Verbis antecedentibus exposuit, quo modo pueri qui se ipsos noscere non possent erudiendi essent; *τὸ γὰρ ἑαυτὸν γνῶναι χαλεπώτατόν ἐστιν* non modo pueris sed etiam viris consummatis (*τοῖς τελείοις ἀνδράσιν*). Hoc verum esse iam inde intelligere potes, quod ego, Galenus, qui per totam vitam fieri *ἀνὴρ τέλειος* studui dicere tibi non possum, qualem habeam naturam.'

P. 34 v. 22 sq. sq. Verba *πρὸς ταύτην οὖν ἄσκησιν μόνην ἀπεῖδον ἐγὼ διὰ μνήμης ἔχων καὶ μελετῶν ἀεὶ καὶ σκοπούμενος, εἰ ἀληθεύω, μέχρι περ ἂν τούτῳ πεισθῶ, ὡς τῷ τὰ δὶς δύο τέτταρα εἶναι* editor eiecit, quod de illa exercitatione (*πρὸς ταύτην οὖν ἄσκησιν*) in antecedentibus nihil omnino iam esset commemoratum (p. LXIII. obs. crit. p. 15).

Et recte dicit de illa exercitatione nondum esse agitatum neque verba quae quidem vulgo leguntur ullo pacto ferri possunt.

Sed si sententiarum antecedentium connexum accuratius percutiemus sine ullo negotio atque lenissimis verborum mutationibus medicinam adhibebimus.

In antecedentibus Galenus monuit te legentem: Ne animo commovearis detrimento divitiarum aut honoris qua re ego quidem nunquam dolore affectus sum. Tu enim, qui multo divitior sis summisque honoribus publicis utaris, minime habes, quod doleas, nisi forte insatiabilis quaedam avaritia tibi dolorem affert (p. 34 v. 21. *τίς ἂν εἴη σοι λύπης αἰτία, πλὴν ἀπληστίας, οὐχ ὁρῶ,*)

Illam autem avaritiam qua ratione supra commemoravi coerceas observans, num recta sit via ratioque a me inventa, dum eam esse veram tibi persuaseris.

Ex lectione codicis Laurentiani mendosa: *πρὸς ταύτην οὖν ἄσκη*σον *μόνον* ἂν εἶπον *ἐγὼ διὰ μνήμης ἔχων καὶ μελετῶν ἀεὶ καὶ σκοπούμενος,* ἢ *ἀληθεύω, μέχρι περ ἂν τοῦ πεισ*θεὶς, *ὡς τῷ τὰ δὶς δύο τέτταρα εἶναι* hanc veram Galeni manum restituerum: *πρὸς ταύτην* (sc. *ἀπληστίαν*) *οὖν ἄσκησον*[1] ⟨*σαυτὸν*⟩ (*σαυτόν* addidi e coniectura) *μόνον, ἃ εἶπον ἐγώ, διὰ μνήμης ἔχων καὶ μελετῶν ἀεὶ καὶ σκοπούμενος, εἰ ἀληθεύω, μέχρι περ ἂν τούτῳ πεισθῇς, ὡς τῷ τὰ δὶς δύο τέτταρα εἶναι.*

P. 36 v. 14 sq. sq. Etiam periodum p. 36 v. 14 sq. sq. codicis scripturas secuti, ita ut optime quadret in sententiam, restituere conabimur: [*Ὥσπερ γὰρ τὸ πηχυαῖον* (*πη̄* with *χ′* above L.) *ὑπόδημα πρὸς τέλος* (*τελ̀* L.) *ἐστὶν ἄχρηστον, οὕτω καὶ τὸ πλείονα* (ε καὶ ι L.) *ἔχειν ὑποδήματα, πλὴν δυοῖν, οἷς χρώμεθα, περιττόν τε καὶ ἄχρηστον, ἐπειδὴ δυοῖν πάντως* (*ἐπειδὴ δ. π.* M. *τῇ δ' οὐ δυοῖν ἀλλᾶ γὰρ ὄντι πάντως* L.) *αὐτάρκης ἡ χρεία. οὕτω δὲ καὶ τὴν*

---

1) Ad hanc meam coniecturam melius intelligendam conf. verba p. 25 v. 16: *ὥσπερ οὖν ὁπότ' ἔμπροσθεν τὸν θυμὸν κατασχεῖν ἠξίουν σε,* quae verba quemadmodum in codice leguntur corrigenda sunt: *ὥσπερ οὖν ὁπότε πρὸς τὸν θυμὸν ἀσκεῖν ἠξίουν σε.*

ἐσθῆτα διπλῆν ἔχειν αὔταρκες (—κεις L.), οἰκέτας τε καὶ σκείη]. [ἐν (ιν L.) ἡμῖν, ἔφην (ἔφη L.), οὐ μόνον ἐσθὴς ὑπάρχει (ὑπα^χ^ρ L.) περιττοτέρα τῆς διττῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ οἰκέται καὶ σκεύη καὶ πανθ' ἁπλῶς τὰ κτήματα πολὺ πλείω τῶν διττῶν ἐστιν. πρόσοδον γὰρ ἔχομεν ἀφ' ὧν κεκτήμεθα πολλαπλασίαν ἢ ὡς εἰς ὑγίειαν μόνην ἐξ αὐτῶν ὑπηρετεῖσθαι τῷ σώματι.

Veram Galeni manum ita restituerimus: ὥσπερ γὰρ τὸ πηχυαῖον ὑπόδημα τελείως ἐστὶν ἄχρηστον, οὕτω καί τὸ ε' (πέντε) ἢ ι' (δέκα) ἔχειν ὑποδήματα, πλὴν δυοῖν, οἷς χρώμεθα, περιττόν τε καὶ ἄχρηστον. Εἶτ' οὐ δυοῖν ἄλλων παρόντων (παρόντ. conieci ex γὰρ ὄντων) πάντως αὐτάρκης ἡ χρεία; οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐσθῆτα διπλῆν ἔχειν αὔταρκες οἰκέτας τε καὶ σκεύη. ἡμῖν, ἔφην, οὐ μόνον ἐσθὴς ὑπάρχει περιττότερα τῆς διπλῆς . . κ. τ. ε.

Totam elocutionem in hunc modum interpretari velim:

Galenus postquam supra dixit nonnullas res, dummodo modus adhibeatur, optimo iure peti atque pronuntiavit sibi videri eum cui libellum dedicavit ipsum quoque his rebus explanatis, qui sit hic modus adhibendus, decernere posse[1]), alterum[2]) hoc exemplum affert ex vitae usu cotidiano depromptum, quo qualis sit hic modus demonstret:

,Si omnium rerum ad vitam necessariarum, sive solearum sive vestitus sive servorum, binas habes, satis est. Plus cupere est ἀπληστία.'

Ineptissima esse verba ἐπειδὴ δυοῖν πάντως αὐτάρκης ἡ χρεία quae M. ex depravata Laurentiani lectione restituit, iam inde

---

1) Conf. verba ead. pag. v. 12. Καὶ τοίνυν ἤδη . . . .

2) Jam in antecedentibus (p. 35), quid sit ἀπληστία,, expresserat exemplo usus ratione qua corpus nostrum alimus. Sed hoc tractando exemplo notionem vocabuli amplius circumscribit.

colligere possumus, quod eadem sententia continetur in verbis proxime praegressis: *οἷς χρώμεθα.*

Contra illo enuntiato interrogativo *Εἶτ' οὐ δυοῖν ἄλλων παρόντων* . . . ., quod nos leniore, ut mihi quidem videtur, mutatione ex verbis codicis eruimus, Galenus sententiam suam optime confirmat.[1])

P. 38 v. 7 sq. sq. De eodem vocabulo (*ἀπληστία*) disputat Galenus p. 38 v. 7 sq. sq., qui locus iterum editori suspectus erat: [*ἀπληστίαν μὲν ἀπὸ τοῦ τὰς ἐπιθυμίας ἀπληρώτους ἔχειν· ἀεὶ γὰρ* (*γὰρ* om. L.) *ποθοῦσι τῶν ἔμπροσθεν οἱ ἄπληστοι. ὥστε κἂν διπλάσιον ἔχωσι, τριπλάσιον* (*διπλάση ἐχ.* om. *τριπλ.* L.) *προσκτήσασθαι σπεύδουσι κἂν* (*καὶ* L.) *τριπλάσιον* (*—πλάση* L.) *ἔχωσι, τετραπλασίων* (*—πλασίον* L.) *ἐφίενται. καὶ οὕτως ἐφορῶσι* (*ἐφ' οἷς ὁρῶσι* L.) *τοὺς πλείονα κεκτημένους αὐτῶν, οὐ τοὺς ἐλάττονα καὶ τούτους ὑπερβάλλεσθαι ζητοῦσι καὶ τούτων πλέον ἔχειν ἐπιθυμοῦσι.*]

Videmus igitur Galenum postquam in verbis proxime a nobis tractatis definivit, quid in hoc affectu intelligi velit, in proposito studiose exquirere, unde verbum sit ductum. Eum autem voluptate quadam in enodandis nominibus laboravisse iam ex his commentariorum nostrorum exemplis concludi potest: p. 21 v. 22. interpretatur vocabulum *ἀκόλαστος*, p. 25 v. 22 vocem *ἐγκράτεια.*

Sed priusquam ad reliqua pergimus, liceat unam atque eam lenissimam emendationem ex Laurentiano derivatam proferam. Facilius enim ex codicis scripturis *διπλάση* et *τριπλάση* restituemus *διπλάσια* et *τριπλάσια,* item ut M. v. 10.

---

[1]) Simile est enuntiatum interrogativum p. 57 21 sq.: *Εἶτ' οὐκ ἐσχάτης καταγνώσεως ἄξιοί εἰσι κ. τ. λ.*

ex τριπλάσιον (L.) fecit τριπλασίων, atque eo magis, quod etiam p. 37 v. 5 invenimus οὐ διπλάσια μόνον ἢ τριπλάσια δαπανῶνται ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πενταπλάσια καὶ δεκαπλάσια καὶ τριακονταπλάσια.

Quibus emendatis periodum sic legimus: ἀπληστίαν (ἀπλήστους bene proposuit Roemerus.) μὲν ἀπὸ τοῦ τὰς ἐπιθυμίας ἀπληρώτους ἔχειν. ἀεὶ γὰρ ποθοῦσι τῶν ἔμπροσθεν οἱ ἄπληστοι, ὥστε κἂν διπλάσια ἔχωσι, τριπλάσια προσκτήσασθαι σπεύδουσι, κἂν τριπλάσια ἔχωσι, τετραπλασίων ἐφίενται, καὶ οὕτως ἐφορῶσι . . .

P. 38 v. 16 sq. Quin etiam verba quae paulo infra sequuntur: εὔδηλον δέ, ὡς (ὥστε L. scripserim δ' ὅτι) καὶ τῶν δούλων αὐτῶν καὶ προσέτι καὶ γυναικῶν τοσούτων servanda sint, neminem futurum esse qui dubitet censeo, si audiverit in codice Laurentiano (v. 14) pro εὑρήσεις οὐ πολλοὺς πλουσιωτέρους σεαυτοῦ (αὐτοῦ falso L. fortasse αὑτοῦ) scripta esse haec: εὑρήσεις οὐδὲ λ'. Si igitur rectam codicis lectionem οὐδὲ τριάκοντα sequimur, facillime intelligi potest elocutionem uncis inclusam optime in sententiam quadrare.

‚Non triginta cives invenies qui divitores sint quam tu; sed te etiam divitiorem esse quam illos cives adiunctis uxoribus et servis consentaneum est.‘

Σὺ γοῦν οὕτως, ἔφην, ἐὰν σκοπῇς ἅπαντας ἡμῶν τοὺς πολίτας, εὑρήσεις οὐδὲ τριάκοντα πλουσιωτέρους σεαυτοῦ, ὥστε τῶν ὑπολοίπων ἁπάντων εἶναι (ἢ L.[1]) πλουσιώτερος. εὔδηλον δ' ὅτι καὶ τῶν δούλων αὐτῶν καὶ προσέτι καὶ γυναικῶν τοσούτων.

Etiam in versibus sequentibus Galenum feminas et servos separatim enumerare videbis: εἴπερ οὖν ἡμῖν οἱ πολῖται πρὸς

---

[1]) In hac scriptura videtur delitescere ε῏ι, quod reponendum est.

τοὺς τετρακισμυρίους εἰσίν, ὁμοῦ ἐὰν προσθῇς αὐτοῖς (—*τοὺς* L.) *τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς δούλους, εὑρήσεις σεαυτὸν δώδεκα* (*δυοκαίδεκα* L.) *μυριάδων ἀνθρώπων οὐκ ἀρκούμενον εἶναι πλουσιώτερον* . . . . *κ. τ. ε.*

B. Loci emendabiles.

In superiore capite de illis locis exposuimus quos editor esse emblemata ratus ex commentario primo eiecit. Nunc vero pergamus ad eos locos quos vel Laurentiani codicis lectiones denuo collatas vel aliam rationem secuti emendare possumus.

P. 1 v. 4. In versu quarto codex L. recte omisit praepositionem *ἐπὶ* ante *τοῖς ἰδίοις πάθεσιν* legendumque est *ὑπὲρ τοῦ γραφέντος Ἀντωνίῳ τῷ Ἐπικουρείῳ βιβλίου περὶ τῆς τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐφεδρείας*,[1]) . . . . Nam in substantivo *ἐφεδρεία* vis verbi *ἐφέζεσθαι* valet.

P. 2 v, 24 sq. sq. *πάντας ἀνθρώπους ὁρῶμεν ἑαυτοὺς ὑπολαμβάνοντας* (*ὑπολαμβανον*, supra *ν* scriptum *ι*, L.) *ἤτοι γ' ἀναμαρτήτους εἶναι παντάπασιν ἢ ὀλίγα καὶ σμικρά καθόλου* (*ὀλιγακ μικρὰ καὶ διὰ λόγου* L. i. e. *ὀλιγάκις μικρὰ*, supra lineam scripsit m. 2 *α|σ*, quod utrum *καὶ σμικρὰ* an *κατὰ σμ.* significet, decernere non audeo. Sed nos primae manus scripturam investigantes legemus *ὀλίγα καὶ σμικρά* = M) *σφάλλεσθαι, καὶ τοῦτο μάλιστα πεπονθότας, οὓς ἄλλοι πλεῖστα νομίζουσιν ἁμαρτάνειν.*

Ex Laurentiani scriptura *καὶ διὰ λόγου* eruit M. *καθόλου*, Cob. autem probabilius *διόλου*. Neutram emendationem secutus

---

[1]) Idem deposcit N. l. c. p. 256.

ego quidem scripserim: ἢ ὀλίγα καὶ σμικρὰ διὰ τοῦ βίου σφάλλεσθαι[1]).

P. 3 v. 2 sq. ὅσοι μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπ' ἄλλοις ἐπέθεντο τὴν περὶ αὑτῶν ἀπόφασιν, ὁποῖοί τινές εἰσιν . . . . . .

Corruptela quam parum subtiliter editores commentariorum transierunt in eo esse mihi videtur, quod inter se permutata sunt verba τίθεσθαι (ἐπί τινι = committere), quod hoc ipso loco deposcitur, et ἐπιτίθεσθαι (τινί = imponere), ita ut pro ἐπέθεντο, quae forma oculi aberratione orta est, scribendum videatur ἔθεντο.[2])

P. 5 v. 6 sq. sq. καὶ τοίνυν ἐγὼ τὴν ἐμὴν ἀποφαίνομαι γνώμην, ἵν' (ἣν L. ἵν' bene emend. M.), εἰ μέν τινα καὶ αὐτὸς ἕκαστος ἑτέραν ὁδὸν εὕροι (εὕρῃ L.) προσλαβὼν (πρ°λᾶβ L.) καὶ τὴν ἐμὴν ὠφεληθείη πλεονεκτικῶς (πλεότ$\overset{\tau}{\alpha}$ L) διπλῆν ἀνθ' ἁπλῆς εὑρὼν ὁδὸν σωτηρίας· εἰ δὲ μή, ἀλλ' αὐτῇ γε τῇ ἡμετέρᾳ διατελεῖ (ἀλλά τη γ' ημετερα m. 1. m. 2 = M. διατ$\overset{\lambda}{\varepsilon}$ m. 1, o adscripsit m. 2.) χρώμενος, ἄχρι περ ἂν ἑτέραν εὕρῃ βελτίονα.

Primum videbis Galeni ipsius manum in verbis ἀλλὰ τῇ γ' ἡμετέρᾳ (= m. 1); deinde ego quidem ex codicis mendosa scriptura πλεοτ$\overset{\tau}{\alpha}$ collegerim lectionem in hoc verborum contextu aptissimam πλέον ἅτε (διπλῆν ἀνθ' ἁπλῆς εὑρὼν ὁδὸν).

Tum nemo erit quin intelligat pro ὠφεληθείη et διατελεῖ scribendos esse modos coniunctivos ὠφεληθῇ et διατελῇ qui subiecti sunt coniunctioni ἵνα (v. 7). (Idem coni. Pantazidis.)

---

[1]) Ad hanc coniecturam, quae an doctioribus probabilis sit haud scio, cum aliis tum hoc Galeni loco adductus sum: p. 46 v. 19: τοῦ μέντοι κατὰ τὸν βίον ἁμαρτάνοντος.

[2]) Si quis hanc meam lectionem recipere non vult, certe praepositio ἐπί ante ἄλλοις expungenda est.

P. 6 v. 3 sq. sq. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς τινὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐπαινούμενον ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ μηδένα κολακεύειν, ἐκείνῳ προσφοιτήσας αὐτὸς τῇ πείρῃ κρῖνον, εἰ τοιοῦτός ἐστιν.

Verba αὐτὸς τῇ πείρᾳ in Laurentiano sic leguntur: τῆς αὐτῆς πείρας, ex quibus haud dubie restituendum est: τῇ αὐτῇ πείρᾳ (τῆι αὐτῆι πείραι).

V. 12. δεύτερον προσαγορεύοντ' (προσαγ. om. L.) ἢ παραπέμποντα (παρ , , , , tum rasura quattuor litteras amplexa, tum $\overset{τ}{ον}$) ἢ καὶ συνδειπνοῦντ' αὐτοῖς (συνδειπνοῦντα L. αὐτοῖς om. L.).

Pronomen αὐτοῖς[1]) quod post συνδειπνοῦντα codex omisit scriptor ex sententiarum contextu audiri voluit.

V. 20. In verbis proxime tractandis εἰς βαθυτέραν ἀφικέσθαι πειράθητι (πειρὸ L.) γνῶσιν editori minime laudi dari posse censeo, quod ex codicis lectione πειρὸ fecit πειράθητι. Leniore enim mutatione quae re vera mutatio non est scripserim πειρῶ, praesertim cum iuxta imperativos aoristi κρῖνον (v. 6) et διαλέχθητι (v. 23) etiam imperativus praesentis γίγνωσκε (v. 9) inveniatur.

V. 16. Post verba φιλοχρήματος ὢν ἢ φίλαρχος ἢ φιλότιμος ἢ φιλόδοξος leguntur in codice verba ab editore eiecta ἤ τινα τούτων ἢ πάντα, quae servare non dubito: ‚quod est cupidus divitiarum aut imperandi aut honoris aut gloriae sive aliquibus earum cupiditatum est praeditus sive omnibus.'[2])

P. 7 v. 2 sq. Item verba codicis συνδιατριβῶν δηλονότι

---

[1]) Coniecturam suam in indice proferre neglexit M. Αὐτοῖς delere videtur etiam Ilberg, Berl. phil. Woch. 1885 p. 470.

[2]) Confer. similia Galeni verba K. XIX p. 386: πάθος ἐστὶ παραποδισμὸς τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας νοσώδης ἢ τινος ἢ τινων ἢ μιᾶς ἢ πάντων τῶν τῆς φύσεως ἐνεργημένων.

quae rursus editor tanquamsi emblema a librario vel alio quodam factum eiecit non modo Galeni consuetudini copiose et verbose dicendi aptissima sunt sed etiam necessaria, quia paedagogum cotidianum fere commercium habere necesse est cum illo adulescente qui sese ei educandum commisit; quod nisi fit, vix alter de altero rectum iudicium facere potest. Legemus igitur: *κἄπειτα πλειόνων ἡμερῶν μεταξὺ γιγνομένων μηδὲν εἴπῃ συνδιατρίβων δηλονότι, μέμψαι τὸν ἄνθρωπον.*

V. 8 sq. sq. Etiam in sequentibus invito codice et invita ratione verba mutata legimus: *μὴ πεισθῇς εὐθέως μηθ' οἰηθῇς ἀναμάρτητος ἐξαίφνης γεγονέναι, ἀλλὰ δυοῖν θάτερον, ἢ* (*ἢ* m. 2 in rasura) *διὰ ῥαθυμίαν οἷον μὴ προσεσχηκέναι* (*οἷον μὴ προσ.* M. *οὐ προσεσχηκενεν* L.) *σοι τὸν παρακληθέντα φίλον* . .

Nam quin Galenus ipse scripserit *οὐ προσεσχηκέναι* qui infinitivus optime ad praegressum verbum *οἰηθῇς* refertur, vix cuiquam dubium esse potest. Quo remedio adhibito supervacanea est editoris coniectura.

P. 8 v. 4. Quin in verbis *ἦν* (*ἦν* om. L.) *ἐναντιολογικὸς ᾖς* (emendavit recte Nauckius: *ἀντιλογικὸς ᾖς* l. c. p. 260 sq.), *ἤτοι κατὰ προαίρεσιν ἢ ἐκ μοχθηροῦ τινος ἤθους γεγονὼς τοιοῦτος* falso vocabulum *ἤθους* servari in promptu manifestumque est. Stultissimum enim est dicere aliquem natura mala indoleque corrumpi; sed consuetudine atque moribus malis depravatur. Emendandum est: *ἐκ μοχθηροῦ τινος ἔθους* [1]).

V. 5 sq. sq. In verbis quae continuo se applicant duo

---

[1]) Miror eo magis editorem in editione hanc mendosam codicis scripturam retinuisse, quod iam in obs. crit. p. 30 v. 13 melius coniecerat *ἔθους*.

sunt peccata. ὅσον ἐπὶ τῶν νῦν ὑπ' ἐμοῦ προσγεγραμμένων λόγων (προκεχρημένων λόγ. L.).

Primum enim editores non intellexerunt praepositioni ἐπί ea sententia qua loco proposito adhibetur dativum esse adiungendum. Exempla docent:

Ead. pag. legimus v. 10. ἕτερον δ' ἐπ' αὐτῷ τῷ προσιεμένῳ. v. 12. ὅσα δ' ἐπὶ τῷδε (idem p. 51 v. 15 p. 74 v. 7 p. 86 v. 21). script. min. II p. 116 v. 21. ὅσον ἐπὶ τοῖς διδασκάλοις.

Deinde ex Laurentiani scriptura depravata προκεχρημένων pristinam Galeni integritatem sic restituerim: ἐπὶ τῷ προκεχειρισμένῳ λόγῳ[1]). Ad hanc meam coniecturam confirmandam conferas velim p. 55 v. 4: ὁποίους ἐγὼ μέχρι δεῦρο προὐχειρισάμην. Plat. Legg. I 643 A: τὸν προκεχειρισμένον ἐν τῷ νῦν λόγον ὑφ' ἡμῶν.

V. 11. εἴπερ οὖν ἀναμάρτητός ἐστιν ὁ σοφὸς οὐδ' ἄνθρωπον ὑπάρχειν αὐτόν. Ὅσα ἐπὶ τῷδε, καὶ (αὐτὸν ὅσον ἐπὶ τῷδε καὶ L.) διὰ τοῦτο τῶν παλαιοτάτων φιλοσόφων ἀκούσῃ (—σει L.) λεγόντων, ὅμοιον εἶναι θεῷ τὸν σοφόν (τὴν σοφίαν L).

Primum et loco quodam apud Platonem (Theaet. 176 B.): φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι . . . et codicis lectione (τὴν σοφίαν) adducor ut sequar Cobeti emendationem: ὁμοίωσιν εἶναι θεῷ τὴν σοφίαν (l. c. p. 237).

Deinde corrigenda est interpunctio in hunc modum ὑπάρχειν αὐτόν, ὅσον ἐπὶ τῷδε. Καὶ διὰ τοῦτο . . .

V. 14. Item, si aliter interpungimus, periodum sequentem emendabimus: M. legit: Ἀλλὰ σύ γε θεῷ παραπλήσιος ἐξαίφνης οὐκ ἄν ποτε γένοιο. ὅπου γὰρ οἱ δι' ὅλου τοῦ βίου ἀπάθειαν

---

[1]) Aliam quandem mihi non probabilem coniecturam protulit Nauckius: προενηνεγμένων. l. c. p. 262.

ἀσκήσαντες οὐ πιστεύονται τελέως αὐτὴν ἐσχηκέναι, πολὺ δήπου μᾶλλον ὁ μηδέ ποτ' ἀσκήσας σὺ μὴ (post *μή* exstrusit M. *τοίνυν*, quod exhibet L.) *πιστεύσῃς τῷ λέγοντι, μηδὲν ἑωρακέναι κατὰ πάθος ὑπὸ σοῦ πραττόμενον . . . .*

Codicis gratia cum Kuehnio legerim: *Ἀλλὰ σύγε . . . . . γένοιο, ὅπου γὰρ . . . . . ὁ μηδέποτ' ἀσκήσας σύ· μὴ τοίνυν πιστεύσῃς . . . . .*

P. 9 v. 10 sq. sq. Veram quoque Galeni manum restituisse mihi videor in elocutione p. 9 v. 10 sq. sq. Sed iam videbimus, quid legant M. et cod. L.: *Ἐν μὲν δὴ τῷ πρώτῳ χρόνῳ μηδ' ἐὰν* (*ἂν* L.) *καὶ σκεπτομένος ἀκριβῶς εὕρῃς ἐπηρεαστικῶς* (*ἐπειρ.* L.) *τε καὶ ψευδῶς* (post *ψευδῶς* L.: *ως.*) *ἐγκεκληκότα* (*ἐκκεκλ.* L.) *σοι καὶ* (*τὴν* L.) *ἀπείρως αὐτόν, πείθῃ* (*—θειν* L,) *ὡς οὐδὲν ἥμαρτες.*

Inspiciamus verba *ἐγκεκληκότα σοι τὴν ἀπείρως αὐτὸν πείθειν* (L.). Mutatione enim adhibita quae re vera mutatio non est, ita litteras discindam: *Α . . . ΠΕΙΡΩ ΣΑΥΤΟΝ* (*πειρῶ σαυτὸν πείθειν*).

Quantum ego coniectura augurari possum, excidit librarii indiligentia post articulum *τὴν* quem servavit L., substantivum quoddam, cuius littera prima A erat. Neque me erraturum esse puto, si inseram *ἀρχήν* (lege igitur *τὴν ἀρχήν*), praesertim cum Galenus v. 14 pergat: *ὕστερον δέ ποτε . . . .*

Emendatus igitur totus locus sic legitur: *ἐγκεκληκότα σοι, τὴν ἀρχὴν πειρῶ σαυτὸν πείθειν, ὡς οὐδὲν ἥμαρτες.*

V. 14. Longius rursus a codicis scriptura recessisse mihi videtur in verbis: *ἐπιχειρήσεις ἀπολογεῖσθαι τοῖς ἐπηρεάζουσι* (*ἐπειρ.* L.) *μηδέποτε πικρῶς μηδ' ἐλεγκτικῶς, μηδέποτε* (*μηδὲ τὸ* L.) *φιλόνεικος* (*—είκως* L.) *ἐμφαίνων μηδὲ καταβάλλειν ἐθέλων* (*—λειν* L.) *ἐκεῖνον,*

Ex codicis scriptura μηδὲ τὸ φιλονείκως ἐμφαίνων maiore cum probabilitate, quod lenior mutatio semper fere rectior est, sana sic restituemus verba: μηδὲ τὸ φιλόνεικον ἐμφαίνων.

V. 20 sq. sq. Tum verba sequentia: ἵνα τι καὶ πρὸς τὴν ἀντιλογίαν ἀντειπόντος αὐτοῦ πιθανόν (πειθ— L.), ἤτοι πεισθῇς (—θεὶς L.) ἐκεῖνον ἄμεινον γιγνώσκειν ἢ (ει L.) μετὰ πλείονος ἐξετάσεως εὕρῃς αὐτὸν ἔξω τῶν ἐγκλημάτων (ἐκλ. L.) ὄντα (ὄντα om. L.) depravata sunt. Elocutio enim prior: πεισθῇς ἐκεῖνον . . . γιγνώσκειν idem exprimit atque posterior: ἢ μετὰ πλείονος . . . Quid autem est absurdius quam nomini scriptoris, cui contrariae sententiae comparandae erant, tantam inelegantiam addicere? Dubium non est, quin ille exprimere voluerit: ‚dum aut tibi persuaseris illum (sc. quem praeceptorem assumpsisti) melius quam te vitia tua cognovisse aut inquisitione diligentiore facta inveneris te illius vituperatione non attingi.' Aut verbis mutatis: ‚dum tibi persuaseris illum praeceptorem aut recte te vituperavisse aut falso.'

Legemus igitur ne unam quidem codicis litteram mutantes: . . . . ἢ μετὰ πλείονος ἐξετάσεως εὕρῃς αὐτὸν[1]) ἔξω τῶν ἐγκλημάτων. (ὄντα quod etiam in L. deest, omitto.)

P. 10 v. 4. Χρὴ δὲ τὸν ἀκούοντα μήτε (μηδὲ L.) πλούσιον εἶναι, μήτ' (μηδὲ L.) αἰδοῦς μετέχειν (ἔχοντα L.) πολιτικῆς (—κοῦς L.)

Lenius emendari potest: μήτ' αἰδοῦς ἔχειν τι πολιτικῆς.

---

[1]) Saepissime Galenus pronomen reflexivum tertiae personae usurpavit pro pronominibus primae et secundae personae multaque in his rebus scribae peccaverunt. Vide exempla quae collegit M. p. XLIV. Sed etiam si hoc ferre notis, loco quidem nobis proposito facillime scribere potes: εὕρῃς σαυτόν. (= Pantazid.)

V. 11. *καὶ μάλιστα νῦν, ὅπου οὐχ εὑρήσει Διογένη δυνάμενον εἰπεῖν ταὐτὸν τἀληθῆ.*

Neminis attentionem transibit vix sana esse verba ab editore e codice servata *ταὐτὸν τἀληθῆ*; alterum enim aut *αὐτόν* aut *τἀληθῆ* supervacaneum est. Quam ob rem exstinguam *τἀληθῆ*, quod plane glossematis speciem prae se fert.

V. 17. *οὐ μὴν ὁμοίως γε πᾶσι περὶ ὧν ἂν ἀξιῶ προσέχειν.*

Quamquam *γέ* post *οὐ μήν* optimum est, tamen haud scio an pro *γέ* inserendum sit hoc quidem loco pronomen *σέ*.

V. 21. Tum non dubito, quin nemo editori laudi daturus sit, quod in codicis verbis *ἡνίκα μάλιστ' ἐγώ σοι φανοῦμαι λέγων* pro *ἡνίκα* scripsit *τηνικαῦτα*.

P. 11 v. 11. *μὴ τοίνυν μηδ' ἡμεῖς ἀφιστώμεθα* (*ἀφιστάμ.* L.) *τοῦ βελτίονα* (*βέλ* L.) *τὴν ψυχὴν ἐργάζεσθαι.*

Quamquam compendia in cod. L. in universum ad emendandum locum adhiberi non possunt, tamen haud scio an pro *βελτίονα* legendum sit *βελτίω*, quem accusativum eadem quoque pagina v. 5 Galenus scripsisse videtur: *βελτίω* (*βελτίως* L.).

V. 20. *ὃ δ' εἰ* (*εἰ* om. L.) *ἠρνήσατο, πάντως ἂν ἐφεξῆς ἐδεήθημεν αὐτοῦ δεύτερον γοῦν ἢ τρίτον ἢ τέταρτον αὐτὸ σχεῖν ἀπὸ τοῦ πρώτου κατ' εὐεξίαν. ἀγαπητὸν γοῦν ἦν* (*ἢ* L.), *εἰ καὶ μὴ τὸ τοῦ Ἡρακλέους, ἀλλὰ τό γε τοῦ Ἀχιλλέως σχεῖν, . . .*

Verborum sententia despocitur: *ἀγαπητὸν γὰρ ἦν . . .*

V. 23. Spero etiam in sequentibus nonnullos coniecturae meae assensuros esse: *ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο* (*τούτου* bene emend. N. l. c. p. 261), *τό γε* (*γὲ τὸ* L.) *τοῦ Αἴαντος ἢ Διομήδους ἢ Ἀγαμέμνονος* (*—ωνος* L.) *ἢ Πατρόκλου, εἰ δὲ μὴ τούτων, ἄλλων γέ τινων ἀγαθῶν* (*ἅμα τ̓ͦ͂* L.) *τῶν* (*τῶν* duplic. L.) *ἡρώων.*

Facilius enim ex codicis scriptura obscura restituerim ἀμάχων τῶν ἡρώων[1]).

Praeterea in verbis v. 25 εἰ δὲ μὴ τούτων exspectamus lectionem εἰ μηδὲ τούτων, quae restituenda est.

P. 12 v. 1. οὕτως οὖν, εἰ καὶ μὴ τὴν τελευταίαν εὐεξίαν τις οἷος τ' ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἔχειν, δέξαιτ' ἂν (ἕξαιτ' ἂν m. 1 δ add. m. 2.), οἶμαι, δεύτερος ἢ τρίτος ἢ τέταρτος γενέσθαι μετὰ τὸν ἄκρον.

Quid est stultius quam putare Galenum hoc loco scripsisse ineptissime τελευταίαν? Si nihil aliud, certe τὴν πρώτην ei scribendum erat, cum paulo post gradus τῆς εὐεξίας — secundum, tertium, quartum — enumeret. Sed hoc ita est in promptu, ut disputatione res vix egeat; corruptela enim librarii neglegentia, qui permutavit compendia, orta est emendandumque τὴν τελείαν εὐεξίαν,

P. 13 v. 15. ἐπειδὴ (πῆ δε L. lege: ἐπεὶ δὲ.) διὰ τὴν πληγὴν ταύτην ἔγνω γενόμενον ἑτερόφθαλμον, ἐκάλεσέ τε καὶ συνεχώρησεν ἀντὶ τοῦ πάθους αἰτεῖν παρ' αὐτοῦ δῶρον. (ἐκάλεσέ τε καὶ M. ex codicis L.: ἐκάλεσε^τ καὶ.)

Ex Laurentiani scriptura restituerim: ἐκαλέσατο[2]) καὶ συνεχ.

---

[1]) En nonnulla Platonis argumenta: Menex. 240 D. ὅτι οὐκ ἄμαχος εἴη ἡ Περῶν δύναμις. Pol. II. 375 B. ὡς ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός. Charm. 154 D. ὡς ἀμάχον λέγετε ἄνδρα. Euth. 303 A.: ἀμάχω τὼ ἄνδρε.

Vide etiam Hesych. ἄμαχον· ἀκαταμάχητον, ἀκαταγνώνιστον. Suid: ἄμαχον· μέγα.

N. l. c. p. 261 putat ἡρώων esse tanquamsi glossema eiciendum et ἡμιθέων restituendum.

[2]) καλεῖσθαι med. in notione „colloquendi causa ad se vocare." Conf. Xen. Anab. III. 3,1. καλεσάμενος τοὺς στρατηγοὺς εἰς ἐπήκοον λέγει. Usui erit etiam conferre: Plat. Legg. XI 914 C. τὸν ἔχοντα καλείσθω πρὸς τὴν ἀρχήν.

P. 14 v. 1 sq. sq. Galenus narrat se olim cum amico quodam Roma Pergamum rediisse. Tum pergit v. 7: *Γενομένοις ἡμῖν οὖν ἐν Κορίνθῳ πάντα μὲν ἔδοξε τὰ σκεύη καὶ τοὺ οἰκέτας ἀπὸ Κεγχρεῶν* (*καὶ χρειῶν* L.) *εἰς Ἀθήνας ἐκπέμψαι κατὰ πλοῦν, αὐτοὺς δ'* (*αὐτὸν* m. 1 —*οὺς* m. 2 *δ'* om. L.) *ὄχημα* (ante *ὀχ.* inseruit L.: *ἐκτὸς δὲ ἓν*[1]) *μισθωσαμένους* (—*μενος* L.) *πέζῃ διὰ Μεγάρων πορεύεσθαι. Καὶ δὴ διελθόντων ἡμῶν Ἐλευσῖνα καὶ κατὰ τὸ Θριάσιον ὄντων, ἤρετο τοὺς ἑπομένους οἰκέτας αὐτοῦ περί τινος σκεύους. οἱ δ' οὐκ εἶχον ἀποκρίνασθαι. Θυμωθεὶς οὖν, ἐπεὶ μηδὲν ἄλλ' εἶχε* (*ἄλλο εἶχεν* L.), *δι' οὗ πατάξειε* (—*ξει* L.) *τοὺς νεανίσκους, τὴν* (*τὴν* om. L.) *ἐν θήκῃ περιεχομένην μάχαιραν μεγάλην ἀνελόμενος, ἅμα τῇ θήκῃ καταφέρει τῆς κεφαλῆς ἀμφοτέρων* (—*ρω* m. 1 *ν* add. m. 2), *οὐ πλατεῖαν* (*πλᾶ*$^{\tau}$ L.) *ἐπενεγκών — οὐδὲν γὰρ ἂν* (*ἂν* om. L.) *οὕτως εἴργαστο δεινόν — ἀλλὰ κατὰ τό τέμνον τοῦ ξίφους. ἥ τ' οὖν θήκη διετμήθη παραχρῆμα καὶ τραῦμα μέγιστον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διττὸν ἀμφοτέροις εἰργάσατο, δὶς γὰρ ἑκάτερον αὐτὸς ἐπάταξεν. ὡς δὲ [πλεῖστον] ἄμετρον αἷμα χεόμενον ἐθεάσατο, καταλιπὼν ἡμᾶς εἰς Ἀθήνας ἀπῄει* (*ἀπῄ* m. 1 corr. m. 2) *βαδίζων ὠκέως ἕνεκα τοῦ μὴ* (*μὴ* om. L.) *διαφθαρῆναι τινα τῶν οἰκετῶν ἔτι παρόντος αὐτοῦ. Ἐκείνους μὲν οὖν ἡμεῖς ἐσώσαμεν εἰς τὰς Ἀθήνας.*

Galenus sociusque eius, ut plane atque diserte exponit, priusquam Kenchreis cisio usi cum paucis comitibus iter perexerunt, maiorem servorum partem nave conducta Athenas miserunt; sed ipsos cum agmine servorum navi praemisso coniunctim iter pergerent, plures quam duos servos secum duxisse iam inde apparet, quod Galenus,

---

[1]) *ἐκτὸς δυοῖν* scripserat M. in obs. crit. p. 35 v. 7, quod delendum esse censuerat Hultsch. Fleckeis. Annal. 1870 p. 744.

postquam ille amicus qui servos illos duos bis castigaverat celerrime Athenas profecturus eum reliquit, in sequentibus numero plurali usus pergit: Ἐκείνους μὲν οὖν ἡμεῖς ἐσώσαμεν εἰς τὰς Ἀθήνας.[1])

Quod si perspexisti, haud scio an mihi assentias verba ἐκτὸς δὲ ἕν quae leguntur in codice post κατὰ πλοῦν αὐτοὺς δ' optime in hunc modum emendanda atque transponenda esse: ἔδοξε τὰ σκεύη καὶ τοὺς οἰκέτας ἀπὸ Κεγχρεῶν εἰς Ἀθήνας ἐκπέμψαι κατὰ πλοῦν ἐκτὸς δ' ἢ ε' (ἐκτὸς τεττάρων ἢ πέντε), αὐτοὺς δὲ . . . . Deinde pro verbis δὶς γὰρ ἑκάτερον αὐτὸς ἐπάταξεν scripserim δὶς γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐπ. (ἐκ αὐτοὺς ἐπ. Pantazid.) quae corruptela ex compendiis non intellectis profecta est.

Tum in elocutione v. 21 ὡς δὲ [πλεῖστον] ἄμετρον αἷμα χεόμενον ἐθεάσατο servaverim vocem πλεῖστον quam M. tanquamsi emblema extrusit, sed inseram inter πλεῖστον et ἄμετρον coniunctionem καί, quo facto verba sic leguntur: ὡς δὲ πλεῖστον καὶ ἄμετρον αἷμα . . . κ. τ. ε.[2])

De hoc abundanti usu coniunctionis καί uberius disputat H. Usener in libro suo: „Der heilige Theodosius, Schriften

---

[1]) Quamquam scriptores haud raro de se ipsis pluraliter dicere solent, tamen Galenus et toto fere libro et hoc ipso loco quem tractamus hac una elocutione excepta de se ipso locutus singulari numero semper utitur, ita ut coniecturam meam ad hanc quoque rem me revocare posse putem. Accedit etiam, quod servi mulcati erant convectoris, non Galeni (οἰκέτας αὐτοῦ v. 12) neque verisimile est Galenum in itinere pergendo omnibus suis ipsius servis caruisse.

[2]) Sin autem tu quidem putes πλεῖστον esse delendum, melius, in hoc vocabulo variam lectionem quam interpolationem videas.

des Theodorus und Kyrillos." (Lips. 1890) p. 111, quo loco etiam haec scriptorum exempla profert: Plat. Apol. 23 A: ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός. Demosth. de coron: μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσιν. ibid. 12. μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι διδόασι τιμωρίας.

P. 15 v. 1. ὁ δὲ φίλος ὁ Κρὴς ἑαυτοῦ καταγνοὺς [ἐν Μεγάροις] εἰσάγει με λαβόμενος τῆς χειρὸς εἰς οἶκόν τινα, καὶ προσδοὺς ἱμάντα καὶ ἀποδυσάμενος ἐκέλευσε μαστιγοῦν αὐτὸν ἐφ' οἷς ἔπραξεν ὑπὸ τοῦ καταράτου θυμοῦ βιασθείς·

Editoris coniectura ἐν Μεγάροις quam fecit ex codicis scriptura μεγα$^{\lambda'}$ (μεγάλην an μεγάλα?) ferri nequit, cum ea quae Galenus in proxime sequentibus narrat Athenis accidisse ex verbis praegressis satis aperte eluceat. Sed nisi omnia me fallunt, codicis spuria scriptura nihil aliud est nisi dittographia. [μεγαλεις αγειμελ].[1]

V. 10. Deinde in verbis v. 10. ὑπεσχόμην αὐτῷ (αὐτῷ om. L.) δώσειν (—σει L.) πληγάς, ἥν μοι (εἰ μήτοι L.) παράσχῃ (παρασ$^{\chi}$ L.) καὶ αὐτὸς ἕν, ὃ ἂν αἰτήσω, σμικρὸν πάνυ codicem secutus leniore mutatione scribere propono: δώσειν πληγάς, εἴ μοι παράσχοι. (εἴ μοί τι π. Cob.)

P. 17 v. 17. ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ τούτων τε καὶ θηρίων. Melius legit Laurentianus: τούτων τε καὶ τῶν θηρίων.

V. 22. ἀλλ' ἀεὶ διαλογιζόμενος ἅπαντα πράττῃς (—εις L.) ἅ σοι (ἅ παντά σοι L.) χωρὶς τοῦ πάθους σκεπτομένῳ φαίνεται κράτιστα.

Haud scio an ex codicis lectione ἅπαντά σοι erui possit: ἃ ἂν σοι φαίνηται.

---

1) Conf. Cob. l. c. p. 239. — Substantivum (ἄτην — μωρίαν vel simile quid) excidisse censet Roemerus.

V. 24. τιμήσαντός σου τιμὴν σεαυτὸν μεγίστην. Corrige: τιμήσαντός σου τιμῆς (τιμ̃ L.) σεαυτὸν μεγίστης (—στ̃ L).

P. 18 v. 18. εἶθ' ἔτι (ὅτι L.) καθ' ἑκάστην (κατ' ἑκ L.) ἡμέραν τε καὶ ὥραν ἔχειν ⟨χρὴ⟩ (χρὴ om. L.) ἐν προχείρῳ (—ρα L.) τὴν δόξαν ταύτην, ὡς ἄμεινον μέν ἐστιν ἑαυτὸν τιμῆσαι (τιμήσαντα L.) τῶν (τῶν om. L.) καλῶν (—ὸν L.) κἀγαθῶν (—ον L.)

Servabimus codicis lectionem εἶθ' ὅτι.[1]) Praeter id χρή, quod verbum addidit M., hiatum efficit (χρὴ ἐν); omittimus igitur, quia facillime ex verbis antecedentibus (παρακλητέον v. 17.) intelligi potest.

P. 19 v. 1 sq. sq. εἶθ' ὅτι (οἶδ' ὅτι L.), κἂν ψευδῶς (ψεῖδος L.) σοι φαίνηταί ποτ' ἐγκαλέσας (ἐκαλ. L.), ἀόργητον (—το L.) προσήκει φαίνεσθαι, πρῶτον μὲν ὅτι δυνατόν ἐστιν, ἐκεῖνον σοῦ βέλτιον ὁρᾶν ἕκαστον ὧν ἁμαρτάνων τυγχάνεις, ὥσπερ καὶ σὲ ὧν ἐκεῖνος (τῶν ἐκείνου L.) (τί δεύτερόν ἐστιν L. codex est sine lacunae indicio). Κἂν ἐπηρεάσῃ (ἐπειρ. L.) ποτὲ ψευδῶς (ψεῦδος L.) ἀλλ' οὖν ἐπήγειρέ σε πρὸς ἀκριβεστέραν ἐπίσκεψιν ὧν πράττεις.

Post verba ὧν ἐκεῖνος Marquardtius elocutione τί δεύτερόν ἐστιν eiecta lacunam statuit opinatus criticum quendam, cum frustra requisivisset alteram partem periodi illius quae introducitur verbis πρῶτον μὲν ὅτι, margini adposuisse notam τί δεύτερόν ἐστιν (quid est alterum?).

Sed priusquam verbis lenissima mutatione succurrere conabimur, exponemus minime esse lacunam statuendam, sed integrum esse sententiarum contextum.

---

[1]) Scripturam εἶθ' ἔτι ne errore typographico quidem ortam esse ex indice apparet,

Galenus te monet, ne ira inflammeris, si praeceptor falso te vituperare videatur; primum enim illum melius vitia tua noscere posse quam te ipsum eadem de causa qua tu illius vitia melius perspicere possis; sin autem re vera te falso reprehenderit, etiam tum ne irascaris, quod illa praeceptoris reprehensio effecerit, ut ipse te accuratius custodiveris, id quod tua multum intersit.

Sed ut fingamus lacunam esse statuendam, quae altera illius periodi pars omnino excogitari potest?

Jam vero huic loco succurremus.

Servabimus verba Laurentiani excepto verbo ἐστίν quod facile in ὅτι corrigetur[1]), atque distinguemus in hunc modum; ὥσπερ καί σε τῶν ἐκείνου τι, δεύτερον ὅτι[2]), κἂν. . . .

V. 10. ὥσπερ (ὅς L.) γὰρ ὁ ἁμαρτάνειν ἐθισθεὶς χρόνῳ πολλῷ δυσεξάλειπτον ἔσχε τὴν κηλῖδα (κλεῖδα L.) τῶν παθῶν, pro δυσεξάλειπτον legit L.: δυσέκνηπτον.

Offendo in editoris coniectura δυσεξάλειπτον, quod ea longius a codice recedit; leniore enim litterarum traditarum mutatione restituere potuit δυσέκνιπτον.

P. 20 v. 18. μὴ δυνηθῆναι πραῦναι (post πρ. add. τε L.) αὐτήν, . . .

Lege πραῦναι ταύτην qua emendatione foedus quoque hiatus de medio tollitur.

---

[1]) Voces ἐστίν et ὅτι rursus mutata sunt p. 47 v. 12, ubi pro ὁτιοῦν codex exhibet ἐστιν οὖν, p. 48, 2 ubi legendum est ὅτι τὴν (ἐστιν τὴν L.).

[2]) Ad coniecturam meam utile erit conferre verba similia p. 18 v. 16: δεύτερον δ' ὅτι τῷ βουλομένῳ et multos alios locos.

P. 21 v. 15. ἰσχυρὰ μὲν γὰρ οὕτω καὶ μεγάλη γίγνεται, ἐν τῷ κολασθῆναι (κολασθεῖσα L. per compendium non satis aperte scriptum, ἐν τῷ om L.).

Legemus igitur: μεγάλη γίγνεται, κολασθεῖσα δὲ μικρά τε καὶ ἀσθενής.

V. 22. Venimus nunc ad locum, qui quamquam ei succurrere difficile non est, tamen in editione nobis proposita perditissimus est: Καὶ τοίνυν, καὶ περὶ τῶν μή κολασθέντων αὐτὸ δὴ ῥῆμα τοῦτο τοῖς πάλαι σύνηθές ἐστιν, ὡς ἀκόλαστος ὅδε τις ἄνθρωπός ἐστιν, ἐφ' οὗ δῆλον ὅτι τὴν ἐπιθυμητικὴν δύναμιν οὐκ ἐκόλασεν ἡ λογιστική.

Galenus igitur nomen verbi ἀκόλαστος interpretatur.

Verba codicis haec sunt: καὶ τοίνυν καὶ πρὸς ῥημάτων μὴ κολασθέντων αὐτὸ δὴ τούτοις πάλαι συνήθεσι, ὡς ἀκόλαστος . . . . . . Hac codicis lectione innixus pristinam verborum integritatem sic restituam: καὶ τοίνυν καὶ πρόσρημα[1]) τῶν μὴ κολασθέντων αὐτὸ δὴ τοῦτο τοῖς παλαιοῖς σύνηθές ἐστιν.[2])

Τοῖς παλαιοῖς pro codicis et editionum (τοῖς) πάλαι scripsi, quod et paulo ante v. 12 οἱ παλαιοί invenimus et omnino codex, ut iam saepius dixi, in terminationibus continuo peccat.[3])

P. 22 v. 1. μίαν μέν, ἧς τὸ θυμοῦσθαι (verba depravata

---

[1]) En nonnulla exempla: Gal. de plac. Hipp. et Plat. ed. J. v. Mueller p. 347 v. 6: τοὐναντίον τῷδε πρόσρημα λαβὼν ἀκρατὴς ὀνομάζεται. Plat. Gharm. 164 E: ὡς τούτου οὐκ ὀρθοῦ ὄντος τοῦ προσρήματος. Praeter ea conf. Phaedr. 238 B, Tim. 60 B, Legg. 12, 960 C; Plut. vit. Dion. c 8.

[2]) Αὐτὸ δὴ τὸ ῥῆμα τοῦτο Pantazidis, quod reiciendum est.

[3]) Alia exempla vide XVI 325 K: ἐνόμαζον γὰρ οἱ παλαιοί. script. mtn. I p. 993: παλαιοῖς ἀνδράσι.

sunt in L.: μία μέν εἰ θυμ.) τε παραχρῆμα καὶ ὀργίζεσθαι τοῖς δόξασι πλημμελεῖν (τὸ πλημ. L.) εἰς ἡμᾶς ἔργον ἐστί.

Codicis vestigia secutus scripserim: τοῖς δόξασί τι πλημμελεῖν.

V. 17. Σὺ δ' ἴσως οὐδ' ἐπενόησάς ποτε τοῦτο.

Nemo non videt hoc loco et librarios et editores erravisse retinentes depravatam scripturam ἐπενόησάς ποτε; permutata enim sunt inter se verba ἐπινοεῖν (i. e. sentire) et ἐννοεῖν (i. e. spectare, deliberare), quorum differentias his Galeni ipsius testimoniis intellegere possumus: ad ἐπινοεῖν conf. p. 18 v. 1 ἧς οὐδ' ἐπινοῆσαι δυνατόν ἐστι μείζονα. — ad ἐννοεῖν: ead. pag. (22) v. 17 βέλτιον οὖν σοι καὶ νῦν (κἂν νυνί L. κἂν νῦν bene N. l. c. p, 264) ἐννοῆσαι τε καὶ διασκέψασθαι p 61 v. 5: αὐτὸ τοῦτο χρὴ πρῶτον ἐννοῆσαι. Corrigendum est igitur loco tractato: Σὺ δ' ἴσως οὐδ' ἐνενόησας ποτε τοῦτο.

V. 25. Ἃ γὰρ περὶ τοῦ θυμοῦ λέλεκται μέχρι δεῦρο (μέχρι τοῦ δ. L.), ταῦτα καὶ . . . . . . Non habemus, quod eiciamus articulum τοῦ.

P. 23 v. 1. εἶθ' ὅτι μὴ τοὺς (μισθοῦ L.) τύχοντας ἐπόπιας (ἐπόπτας M. τούτου L.) ἐπιστατέον (—εῖν L.)

Legemus: μὴ τοὺς τύχοντας τούτου (sc. τοῦ τὴν διάγνωσιν ποιεῖν) ἐπιστατέον.

P. 24 v. 6. ὕστερον δὲ καὶ χωρὶς παιδαγωγῶν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιτηρῶμεν αὐτοὶ καὶ παραφυλάττωμεν (περιφυλ. L. $\overset{\epsilon}{\pi}$), ὅπως ἁπάντων τε καὶ (pro καὶ L: τῶν.) συνδειπνούντων ἔλαττον ὄψου προσενεγκώμεθα καὶ τῶν λίχνων ἐδεσμάτων ἀποσχώμεθα (—σχομ. L.), σύμμετρα τῶν ὑγιεινῶν προσαράμενοι.

Dupliciter in his ab editoribus peccatum est.

Primum enim compendia pro *παρά* et *περί* adhibita inter se permutata sunt. Legendum enim est, *πεφιφυλάττωμεν*.

Deinde elocutio *ἁπάντων τε καὶ συνδειπνούντων* ferri nequit, quod in convivio alii quidam quam *συνδειπνοῦντες* moderatione superari non possunt. Particula *τε* in codice, qui exhibet *τε τῶν συνδ.*, dittographia orta esse videtur, qua menda sublata optime leguntur verba in hunc modum: *ἁπάντων τῶν συνδειπνούντων*.

V. 14. *εἰ δέ περ ὄντως ἑαυτὸν ἔγνωκας τιμᾶν*. Verborum compositio *εἰ δέ περ* vix potest ferri; transponendum est: *εἴπερ δ' ὄντως*.

P. 25 v. 8 9. *ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοὺς σπουδάζοντας ταὐτὰ* (*τὰ αὐτὰ* L.) *φιλονεικήσομεν ὑπερβάλλεσθαι* (*ὑπερβαλλέσθαι* L.) Lege: *ὑπερβαλέσθαι*.

V. 16 sq. *Ὥσπερ οὖν ὁπότ' ἔμπροσθεν τὸν θυμὸν κατασχεῖν ἠξίουν σε . . . . . .*

Iterum editor sine iusta causa in deteriorem mutavit aptissimam codicis lectionem. Leguntur enim in cod. L. verba quae sunt retinenda: *ὥσπερ οὖν ὁπότε πρὸς τὸν θυμὸν ἀσκεῖν ἠξίουν σε . . .* Similiter enim Galenus verbo *ἀσκεῖν* utitur in verbis a nobis restitutis p. 34, 22: *πρὸς ταύτην* (sc. *ἀπληστίαν*) *οὖν ἄσκησον . . .* p. 8, 16: *οἱ δι' ὅλου τοῦ βίου ἀπάθειαν ἀσκήσαντες*. p. 23, 14: *ἀοργησίαν ἀσκεῖν* (*ἄγειν* L. omnesque editiones. *ἀσκ.* emend. N. l. c. p. 264. Jamb. de v. P. p. 227.)

V. 23 sq. In elocutione qua Galenus nomen substantivi *ἐγκράτεια* interpretatur, editor ad locum emendandum verbum *γεγονός* transposuit, quamquam leniore mutatione verborum ordinem servare potuit: *καθάπερ καὶ αὐτὸ τοὔνομα*

αὐτῆς ἐνδείκνυται, ὅπερ ἐστὶν ἐκ τοῦ κρατεῖν καὶ νικᾶν τὰς (*ταῖς* L) *ἐπιθυμίας γεγονός.*

In codice leguntur post *ἐνδείκνυται* verba *γεγονὸς ὅπερ ἐστίν*, quae quod editoris transiectio parum probabilis est, Nauckius sic emendari vult: *γεγονὸς ἐκ τοῦ* (delet *ὅπ. ἐστίν*,) Sed mihi quidem leniore verborum mutatione legendum videtur: *γεγονὸς γάρ ἐστιν.*

P. 26 v, 9. In verbis *οὐ γάρ ἐστιν προτρεπτικὸς ἐπ' ἀρετήν, ἀλλὰ τοῖς προτεθραμμένοις* (*προτετραμ.* L.) *ὑφηγητικὸς τῆς ὁδοῦ*, . . . omnes editores falso *προτεθραμμένοις* scripserunt neque intellexerunt codicem L. genuinam lectionem servavisse (*προστετραμμένοις*). Galenus enim exponit se commentarios suos non composuisse, quibus legentes adhortetur, ut virtutem petant, sed ut eos qui iam moniti sint doceat, qua via ad virtutem perveniant.

P. 27 v. 1 sq. sq. *τάχα μὲν οὖν οὔσης καὶ ἄλλης τινὸς ὁδοῦ πρὸς τὸ καλὸν κἀγαθὸν γενέσθαι, μὴ γιγνώσκων* (*—κοντες* L.) *δ' εὑρεῖν αὐτὴν* (*αὐτὸ* L.) *ἐχρησάμην τε δι' ὅλου τοῦ βίου ταύτῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀφθόνως ἐδήλουν* (*δῆλ* L.) *παρακαλῶν ἀντιδιδόναι τι καὶ ἀντιδιδάσκειν* (*ἀντιδοῦναι τι* L,). *εἴ τινες ἑτέραν ἄλλην αὐτοὶ γιγνώσκουσι καλοκἀγαθίας ὁδόν — ἄχρι περ ἂν ἐπιθυμῶμεν ἄλλης, ἐν τῇδε διατρίβωμεν, ἢ κοινὴ πάντων διαγνώσεώς τε καὶ θεραπείας.*

Quamquam multa in hac periodo M. emendavit, tamen duo menda quae nondum sustulit excutienda sunt.

Totum sententiarum contextum nos magis perspicuum facturos esse speramus, si ante *ἄχρι* (v. 5) quo loco Marquardtius signum orationis praecisae posuit, inseremus *ἀλλ'*(*ά*). Alteram quoque huius loci offensionem quae posita est in vocabulo *ἐπιθυμῶμεν* (v. 6), sublevabimus: Galenus enim

hoc loco dicere non potuit: ‚dum aliam viam, qua ad virtutem perveniamus, cupiamus, illa perseveremus.‘ Nam aliam cupere quid nos prohibet? Sed huius elocutionis sententia quam desideramus haec est: ‚dum aliam quandum viam invenerimus, illa perseveremus.‘

Quam ob rem restituemus hoc quoque loco pristinam integritatem scribentes: *ἀλλ' ἄχρι περ ἂν ἐπιτύχωμεν ἄλλης.*

P. 28 v. 22 sq. *Καὶ γὰρ* (*καὶ τοι γὰρ* L. per compendium scriptum) *καὶ τὴν φύσιν ἐν ἅπασιν, ἔφην,* (post *ἔφην* exhibet L. *εἰ*) *δύνασθαι μέγα ἐν τῇ τῶν παιδίων ἡλικίᾳ εἰς ζωῆς τελείωσιν* (*τόσοι ζῶσιν ὁμοίωσιν* L.), *εἶθ' ὕστερον τά τε δόγματα καὶ τὴν ἄσκησιν.*

Ineptissime ratione palaeographica verba *εἰς ζωῆς τελείωσιν* ex codicis scriptura *τόσοι ζῶσιν ὁμοίωσιν* eruta esse mihi videntur, cum tntelligere non possim, qua via illa corruptela oriri potuerit. Lenior autem mutatio est, si scribimus *εἰς τοῖς συζῶσιν ὁμοίωσιν*[1]), quae etiam aptissime in sententiarum contextum quadrant.

Galenus enim illi adulescenti, de quo paulo ante dixit, quaerenti, quo modo vir consummatus factus sit, utrum dogmatis an ingenii indole, haec respondit: In omnibus maxime valet aetate puerili ingenii indoles, dum pueri eos quibuscum vivunt adaequaverint, tum dogmata et exercitationes.

P. 30 v. 17. *Ἢν μὲν οὖν* (*οὖν* om. L.) *ἡ φύσις αὐτῶν δέξηται τὴν ἐκ τῆς ἐπιμελείας ὠφέλειαν, ἀγαθοὶ γενηθεῖεν ἂν* (*ἂν* om. L.) *ἄνδρες, εἰ δὲ μὴ δέξαιντό που* (*γοῦν* L. pro *που*), *τὸ μὲν ἡμέτερον ἂν* (*ἂν* om. L.) *ἄμεμπτον εἴη.*

---

[1]) Ex re erit conferre verba ead. pag. v. 3. *ἔτι γὰρ ἀναφύεται τῇ* (*τι* L.) *τῶν συζώντων ἀρδόμενον πονηρίᾳ.*

Verborum contextum ita emendabimus: εἰ δὲ μὴ δέξαιντο, τὸ γοῦν ἡμέτερον ἂν ἄμεμπτον εἴη. Illa corruptela facile indiligentia librarii orta est qui a syllaba exeunte verbi δέξαιντο — το oculis aberravit ad sequentia τὸ γοῦν.[1])

P. 33 v. 12. μήτ' ἀφ' αἱρέσεώς (ἀπορεσε L.) τινος ἐμαυτὸν ἀναγορεύσας, ὧν σπουδῇ πάσῃ [ἀκριβῆ] τὴν ἐξέτασιν ἔχω (— ων L.).

M. postquam in praef. p. LII hiatum saepissime apud Galenum post dativum in ᾳ ῃ ῳ ι exeuntem inveniri multis exemplis collatis confirmavit, tamen ἀκριβῆ uncis inclusit. Sed utut id est, alia quadam ratione huic loco succurri posse censeo, iterum enim scribae neglegentia syllabae exeuntes vocum πάσῃ et ἀκριβῆ corruptae sunt.

Reponendum est in hunc modum: ὧν σπουδῇ πᾶσαν ἀκριβῶς[2]) τὴν ἐξέτασιν ἔχω. (σπουδῇ adverbii vice est scriptum.).

P. 34 v. 1 sq. ὡς (ὡς om. L.) ὁρῶ πολλοὺς ὑπὸ (πολλοὺς ὑπὸ om. L.) τοῦ συνεδρίου τῆς τιμῆς (post τιμῆς L: βουλῆς) ἀφαιρεθέντας.

Quamquam editori assentio verbum βουλῆς nihil aliud esse nisi glossema ad substantivum συνεδρίου, tamen codicis vestigiis insistens leniore mutatione quam ille huic quoque elocutioni succurram. Facillime enim ante τοῦ (συνεδρίου) articulum τούς oculorum aberratione omitti potuisse apertum est, quo inserto optime locum emendatum sic legimus: ὡς ὁρῶ τοὺς τοῦ συνεδρίου τῆς τιμῆς ἀφαιρεθέντας.[3])

---

[1]) Εἰ δὲ μὴ δέξαιτο (sc. φύσις) parum probabiliter Pantaz.

[2]) Conf. p, 51, 20: ἐπί τινος ἀκριβῶς ὁμαλοῦ ἐπιπέδου.

[3]) Ilberg, Berl. phil. Woch. 1885 p. 469 haec proposuit: ὡς ὁρῶ τινας τοῦ συνεδρίου τῆς τιμῆς ἀφαιρεθέντας.

P. 35 v. 24: *Ἐν τούτοις οὖν ἔνια μὲν οὐκ* (*οὐκ* om. L.) *ὀρθῶς ἐσπούδασται, καθάπερ οἱ μαργαρῖται καὶ οἱ σαρδόνυχας αἵ τ' ἄλλαι* (*—λοι* L.) *λίθοι πᾶσαι, ἅσπερ* (*πᾶσαι κόσμον ὥσπερ* L.) *αἱ γυναῖκες οἷον κόσμον* (*οἷον* L. pro *οἷον κόσμον*) *φέρουσι* (*—σαι* L) *ἐξαρτησάμεναι* (*ταῖς ἐξαγτησαμέναις* L.) *ἑαυτῶν* (*αὐταῖς* L.).

Nunc priusquam ad haec verba mirum sane quantum corrupta emendanda progredimur, perspiciamus, quid legant Donati versio latina et codex latinus Dresdensis:

Don.: cuiusmodi item est ornatus, quem foeminae ut magnum quiddam gestant, iis ancillis quae ab ipsis dum incedunt pendent.

D.: quibus ornantur mulieres intendentes et opinantes magnificare inde earum decorem et pulchritudinem.

Coniectura mea haec est: *καθάπερ οἱ μαργαρῖται καὶ οἱ σαρδόνυχες αἵ τ' ἄλλαι λίθοι πᾶς τε ὁ κόσμος, ὅνπερ αἱ γυναῖκες οἴονται διαφέρειν ἐξαρτησάμεναι*[1]) *ἑαυτῶν*.

Verbum *οἴονται* contineri mihi videtur in codicis scriptura *οἷον*, in codicis Dresdensis lectione „opinantes", in Donati verbis translatis: „ut magnum quiddam gestant".

Codicis D. elocutione „magnificare" adductus sum ut scriberem *διαφέρειν*.

P. 37 v. 8. *καί τοι τῆς οὐσίας σου* (pro *σου* L.: *οὐχ*) *ἕκαστον ἔτος αὐξανομένης, ἐπεὶ* (*ἐπὶ* L.) *τῶν σεαυτοῦ* (*ἐξ αὐτ* L.) *προσόδων ἀναλίσκεται μέν σοι τὸ δέκατον ἴσως μέρος*.

Primum recipio Nauckii coniecturam (l. c. p. 268) *καθ' ἕκαστον ἔτος*, cum vestigium compendii pro *κατά* scripti iam restat in codicis lectione *οὐ-χ*. Deinde servabimus Lauren-

---

[1]) Hiatus vix molesta est.

tiani scripturam τῶν ἐξ αὐτῆς (sc. οὐσίας cod. vs.) προσόδων, praesertim cum eadem pagina v. 20 legamus: ἥν ὁ πατὴρ κατέλιπέ μοι πρόσοδον οὐδὲν ἐξ αὐτῆς περιττὸν ἀποτιθέμενος. Supervacanea est igitur Nauckii coniectura (l. c. p. 268) τῶν ἐνιαυσίων προσόδων.

V. 13. μήτ' (μηδ' L.) εἰς βιβλίων (—ον L.) ὠνὴν καὶ παρασκευήν (κατασκ. L.).

Editores effugisse videtur in codice legi κατασκευήν neque habemus, quod illam codicis vocem mutemus.

V. 16. οὐ μὴν οὐδὲ κοινωνοῦντά σε θεῶμαι καθάπερ ἐμὲ σὺ βλέπεις ἑκάστοτε τοῖς μὲν ἱμάτια (ἱμά^τ L. tum οἰκετῶν) τοῖς (τοῖς om. L.) δ' (δὲ L.) εἰς τροφὰς ἢ νοσηλείαν.

Quid substantivum οἰκετῶν ab editore eiectum alius cuiusdam vocabuli corruptela sit, non dubito. Neque vero longe a proposito me aberraturum esse spero ratus in hac voce delitescere verbum οἰκειοῦντα. Legendum igitur est: καθάπερ ἐμὲ σὺ βλέπεις ἑκάστοτε τοῖς μὲν ἱμάτια οἰκειοῦντα (= aliis vestitum condonantem).

P. 40 v. 5. Πῶς οὖν ἀσκήσομεν; ἐὰν πεισθῶμεν (πίσμεν L.) πότερον ὀρθῶς εἴρηται, πάθος εἶναι ψυχῆς μοχθηρότατον ἀπληστίαν (—στία L.).

Videbis particulam interrogativam πότερον hoc loco esse ineptissimam, cum interrogatio omnino non quaeratur. Sed, si quid video, Galenus scripsit in hunc modum: ἐὰν πεισθῶμεν πρότερον[1]) ὀρθῶς εἰρῆσθαι, πάθος εἶναι ψυχης μοχθηρότατον ἀπληστίαν

Eadem commutatione compendiorum προ^τ et π^τερ pec-

[1]) Dixerat p. 38, 5: μίαν ἴσθι πασῶν λυπῶν αἰτίαν, ...

catum est pag. 4 v. 6 (*πρότερον* legendum; *πο*$^{τρ'}$ L.) p. 58 v. 20 et 70 v. 24 (*πότερον* legendum; *πρὸ*^{τ} L.)

P. 41 v. 5. *ἐπόπτην τινὰ καὶ παιδαγωγόν, ὅς θ'* (*ὅστις* L.) *ἑκάστοτε τὰ μὲν ἀναμιμνήσκων αὐτόν,* (*—τῶν* L.) . . . . .

Non assentiemur Marquardtio qui rectam codicis lectionem *ὅστις* sine iusta causa mutavit.

P. 42 v. 8 sq. *Φάντος* (*φαν* L.) *δ' ἐμοῦ, ἔτι* (*η* L.) *πλειόνων ἐτῶν* (*πα*$^{λ'}$ *ἔτι* L.) *δεῖσθαι πρὸς ἐπανόρθωσιν ὧν ηὔξησε μέχρι δεῦρο* (*μέχρι δεῦρο ηὔξησε* L.) *παθῶν, ἀνακραγὼν εἶπεν·*

Ex Laurentiani lectione obscura scriptum vera Galeni manus *πολλῶν ἐτῶν* erui potest.

V. 19. *Πάλιν οὖν ἐπὶ τὸν καλὸν κἀγαθὸν ἄνδρα* (*ἐπὶ τὸν ἀληθῶς ἄνδρα* L.) *γενέσθαι βουλόμενον ἐπανελθὼν* (*—θὸν* L.) *ὑποθήσομαι τὴν κοινὴν ὁδὸν εἰς ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν ἡμῶν καλά.*

Servaverim *ἀληθῶς*. Lege: *πάλιν οὖν ἐπὶ τὸν ἀληθῶς καλὸν κἀγαθὸν ἄνδρα γενέσθαι.*

Iam in antecedentibus Galenus saepius seiungebat eum qui *καλὸς κἀγαθὸς ἀνήρ* videri vult atque eum qui re vera (*ἀληθῶς*) vir consummatus fieri vult. Conf. p. 18 v. 4: *Σὺ δ' ἴσως νομίζεσθαι μὲν εἶναι βελτίων ἐθέλεις, εἶναι δ' ὄντως βελτίων οὐ βούλει.* (Similiter p. 44, 6 sq.)

P. 43 v. 1. *ἔστι γὰρ ἐνίοτε δυσδιόριστον* (*—ισταιῶν* L.) *ἐν ταῖς πράξεσι τὸ κατὰ σμικρολογίαν πραττόμενον τοῦ κατ' οἰκονομίαν.* Lege: *δυσδιοριστότατον.*

Iam pervenimus ad librum secundum, cuius inscriptio in codice L. haec est: *Γαληνοῦ περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων.* Margini adposuit

manus recentior signum *K* quo significatur capitum numerus totius codicis.

P. 46 v. 16. *Ἐὰν οὖν ἀμφιβάλληται τις* (*τις* om. L. add. M.) *βραχὺ καὶ μηδ'* (*μήτ'* L.) *ἰδίαν ἐν τούτοις* (*ἐν τ. M. ἑαυτοῖς* L.) *ἔχῃ* (*—ειν* L) *συγκατάθεσιν, ἣν κατάληψιν ὀνομάζουσί τινες, . . .*

In his verbis inest mendum certe gravius, sed facile perspicuum cuique qui Stoicorum artis vocabula accuratius perlustravit. Sed ut recta via intremus in mediam rem, pro *ἰδίαν* inepto legendum est *βεβαίαν*. Discernebant enim Stoici *συγκατάθεσιν ἀσθενῆ* et *συγκατάθεσιν βεβαίαν* vel *ἀσφαλῆ*,[1]) ad quam distinctionem etiam Galeni detruncata verba p. 45 v. 13 sq. *τί συγκατάθεσις* . . . . . e. q. s. referenda esse videntur,[2]) aliique addebant tertiam quandem *συγκατάθεσιν* quam Galenus significat verbis p. 46 v. 1. *μεταξὺ γὰρ δοκεῖ τισιν ἄμεινον εἶναι τίθεσθαι τὴν ἀσθενῆ συγκατάθεσιν ἀρετῆς τε καὶ κακίας*[3]).

Illam autem *συγκατάθεσιν βεβαίαν* a nonnullis etiam vocabulo *κατάληψις* significatam esse praeter hoc Galeni pro-

---

1) *Βεβαίαν*, non *ἀσφαλῆ* deposcit loco proposito ratio palaeographica.

2) *Τί συγκατάθεσις* (*—θεσε* L.) *συνωμολόγηται πᾶσι· τί δὲ συγκατάθεσις* (*συγκ.* M. bene emend. ex *καὶ εἰς ἀσθε͂ν*) *συγκ ἀσθενής, οὐκέτι.* Ante *συνωμολόγηται* in L. legitur mendose *ἁμαρτήματος*, quod fortasse emendandum est in *ἀμετάπτωτος*. Conf. Stob. Ecl. II. 128: *κατάληψιν ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάπτωτον.* Sed etiam *ἀμετάθετος* reponere cogitet quispiam. Vide Sext. Emp. VIII 51. *ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν*

3) Uberius de his quaestionibus disputat A. Dyroff. „Die Ethik der alten Stoa". Berl. Stud. für klass. Philolog. II 1897 locis in indice sub *συγκατάθεσις* vel *κατάληψις* notatis.

nuntiatum multa alia quoque scriptorum argumenta pro certo demonstrant. Vide haec: Diog. L. VII 127: διὰ βεβαίους καταλήψεις. Sext. Emp. VII. 151: τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν.

Ceterum praepositio ἐν a Marquardtio adiecta deesse potest quod in substantivo συγκατάθεσις valet notio verbi συγκατατίθεσθαι (τινί).

Docebit hoc unum exemplum: Sext. Emp. VII. 155. ἦν γὰρ καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατάθεσις.

Quibus emendatis litteris quoque in codice traditis aptiora sunt verba in hunc modum correcta: βεβαίαν αὐτοῖς ἔχῃς συγκατάθεσιν.

V. 18. ἁμάρτημα τοῦτ' εἶναι συγχωρήσειεν. Traditam verborum seriem ἁμάρτημα εἶναι τοῦτο Marquardtius hiatus vitandi gratia transposuisse videtur. At nullus est hiatus, cum ultima vocabuli littera — α — elidatur.[1]) Servanda igitur est verborum series tradita.

P. 48 v. 18. Ὥσπερ οὖν Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην εἶπε.

Pro τέχνην, quod vocabulum solus cod. Marcianus 281. exhibet, cod. L et editiones legunt πραγμάτων. Sed cum ille cod. Marc. non nisi exemplar e codice L. descriptum Marquardtio teste sit, veram Galeni manum in scriptura codicis L. videbimus iam ea de causa, quod post ἰατρικήν facillime ex verborum contextu (v. 10) μέθοδον intelligi potest.

P. 50 v. 20. ὡς (ὡς om. L.), ὅσα περ ἂν ἀκούσῃ. Reponendum est ex L.: ὡς, ἅπερ ἂν ἀκούσῃ.

---

[1]) En unum exemplum: p. 25. v. 22: τοὔνομα αὐτῆς.

V. 24. *καὶ χρὴ πεφυκέναι μὲν πρῶτον πρὸς ἀλήθειαν* (*πρὸς ἀληθ.* om. L.), *εἶτα δεῖται παιδείαν τετράφθαι* (*—φαι* L.) *χρηστήν* (*χρηστόν* L.).

Locum qui admodum apud M. legitur sanum non esse nemo est quin intelligat. Unum quidem mendum iam sustulit Nauckius,[1] qui correxit *τεθράφθαι.*

Sed alia iam restant.

Inprimis enim vocabulum *δεῖται* ferri nequit.

Iam vero ne longi simus, conabimur verbis *πρὸς ἀλήθειαν* quae in L. omnino non leguntur transpositis elocutionem sic emendare: *καὶ χρὴ πεφυκέναι μὲν πρῶτον, εἶτα δὲ καὶ τεθράφθαι πρὸς ἀλήθειαν χρηστῶς.*[2]

P. 51 v. 18. *ἐγὼ δὲ καθάπερ ὅλοις αὐτοῖς ἐπιχειρήσω σαφέστερον εἰπεῖν.*

Corrigendum mihi videtur: *καθάπερ ὄνοις.* Asinos enim Galenus contumeliae causa nominare solet illos homines indoctissimos.

Conf. p. 50, 7. *καθάπερ οἱ ονοι τῆς λύρας.* p. 54, 8 *ἐνίους μὲν ὀνώδεις ὄντας φύσει.*

P. 53 v. 18. *καθάπερ τὰ κατά τὴν ἀστρονομίαν* (*καθάπερ καὶ τῇ ἀστρονο$^{μ'}$* L.)

Articulus *τά* potest omitti. Lenius litteris codicis mutatis legendum est: *καθάπερ κατὰ τὴν ἀστρονομίαν.*

P. 54 v. 11. *ὡς ὅτε* (*ὅ^{τ}* L.) *συνετὸς φύσει.* Lege: *ὡς ὅ γε συνετὸς φύσει.*

---

1) l. c. p. 273. *τεθράφθαι* scripserat M, iam in obs. crit. p. 43.

2) *Χρὴ περυκέναι μὲν πρῶτον πρὸς ἀλήθειαν, εἶτα δὲ καὶ παιδείαν τετράφθαι χρηστήν.* Pantazid.

P. 58 v. 3. ὥς (ὥς om. L.) ἐνίοτε πιστεύοντές τινος νοεῖν (πιστενόμενοί τινες ἀγνοεῖν L.).

Vestigia codicis investigantes pristinam verborum integritatem sic restituemus: ἐνίοτε πιστούμενοί τινος νοεῖν eo magis, quod paulo post (v. 8) legimus πιστοῦσθαι.

P. 59 v. 6. περὶ γοῦν τῶν ἑπομένων ἑκάστῳ τέλει βίου (βίου om. L.) μυριάκις ἤδη λόγων ἡμῖν γεγονότων.

Hoc loco legendum esse ἑκάστῳ τέλει βίων haec Galeni ipsius argumenta pro certo demonstrant: ead. pag. v. 16: ἑκάστῳ τέλει βίων, in libro περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, script. minora II p. 121 v. 19: περὶ τῶν ἀκολούθων ἑκάστῳ τέλει βίων.

P. 60 v. 13 Cap. IV.[1]) Ἀρχὴ μὲν οὖν ἐστι πολλῶν (κἂν πολλῶν L.) ἁμαρτημάτων ἡ περὶ τέλους ἑκάστου βίου (ἑκ β. om. L.) ὑπόληψις ψευδής.

Primum ex codicis L. scriptura κἂν πολλῶν eruenda est lectio: παμπόλλων. Deinde verba ἑκάστου βίου in codice iure fortasse omittuntur, quod facile ex sententiarum contextu intelligi possunt (cf. v. 4), item ut v. 16 ea omissa videmus.

V. 17. μὴ συνεὶς τῆς ἀκολουθίας (ἀκολουθ L.). Corruptela inesse videtur in hac elocutione ex compendiis articulorum non recte intellectis orta; legendum est: μὴ συνεὶς τῶν ἀκολούθων.

Conf. 59 v. 16. περὶ τῶν ἀκολούθων ἑκάστῳ τέλει βίων et saepius. Neque sine ulla utilitate contuleris: Procl. Diadoch. comment. ed. Guil. Kroll tom. II, (Lips. 1901) p. 282

---

[1]) Huic capiti in separata linea proposita est haec inscriptio: ὅτι ἡ περὶ τέλους ἑκάστου βίου ὑπόληψις ψευδὴς ἀρχὴ πολλῶν ἁμαρτημάτων γένεται.

v. 12 sq. sq. ὅτι δὲ ὁ βίος οὐ μόνον τὸ εἶδος ἔχει τῆς ζωῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀκόλουθα ἑκάστῳ παρὰ τοῦ παντὸς ἀπονεμόμενα, πολλάκις ἤδη προείπομεν.

P. 61 v. 9. Etiam in verbis sequentibus p, 61 v. 9. τίνα τίθενται κριτὴν (κριτήρια L.) τῆς ἐν λόγοις ἀληθείας servabimus Laurentiani genuinam scripturam κριτήρια, quod neque in paulo antecedentibus neque sequentibus invenimus vocabulum κριτής, sed semper κριτήριον. (ead. pag. v.v. 11, 12, 16, p. 61 v.v. 1, 15, 23, p. 62, v.v. 1, 15, p. 64 v. 1).

V. 22. Eadem pagina emendandum est ὡς ἄνοδόν τινα τῶν μεταξὺ γενομένων (codd. et editiones falso γιγνομένων) ἐπὶ τὸ πρῶτον κριτήριον.

P. 62 v. 8. ἵνα σαφηνείας ἕνεκεν τῆς (τῶν L.) ἀρχιτεκτονίας τι λέξω παράδειγμα. Fortasse melius scribendum est: ἐκ τῆς ἀρχιτεκτονίας.

P. 63 v. 18. ἤδη μέν πως ἕν τι γνώρισμα ἕξομεν ἐναργὲς τοῦ τὸ προβληθὲν εὑρῆσθαι (—ῆσαι L.) πάλιν (δὲ πάλιν δεύτερον L.) δ' ἄλλο.

Scripserat fortasse Galenus: εὑρῆσθαι δὲ πάλιν δεύτερον ἄλλο. Ad hunc pleonasmum utile erit conferre verba p. 27 v. 4: ἑτέραν ἄλλην . . . . ὁδόν.

P. 65 v. 2. εἰ μὴ παντελῶς ἄνους εἶ (ἄνους εἶ om. L.[1]) add. M. γνώσῃ K. Marq.[2]) ὅμοια παντελῶς γνῷς Sauppe.[3]).)

Qui postquam spatia inter clepsydrae lineas posita singulis horis usque ad duodecimam horam paria eademque

---

[1]) Codicis scripturam M. falso ie indicc, vede in praef. p. XVII protulit.

[2]) Marquardt: Galeni locus qui est de horologiis veterum emendatus et explicatus. Gothae 1865.

[3]) Script. sel. p. 447 v. 24. Philologus XXIII p. 449 v. 24.

esse intellexit, tamen sibi non persuasit horologium recte esse descriptum, magis mihi homo qui contra omnia disserit quam insipiens esse videtur. Qua re adductus ego quidem scripserim: εἰ μὴ παντελῶς σκεπτικός εἶ.

V. 19. εἶτ' εἰς ἄλλον τιν' [τῶν (τινὰ τὸ L.) ἐφεξῆς] ἀριθμόν.

Quod hoc loco editor Sauppii[1] optimam lectionem τινὰ τῶν ἐφεξῆς ἀριθμόν non recepit, valde miror. Ea enim quae contra dicit (p. XVII sq.) explorata non sunt. Nihil enim hoc loco refert, utrum ille numerus horarum qui in dividendo die adhibendus sit ad vitae usum idoneus sit necne, sed eo tantum spectat Galenus ut numerus ille maior sit quam duodecim.

P. 66 v. 6. ἡ γὰρ ἀνωτάτω γραμμὴ ἡ τὴν (ἢ τὴν M. ex Sauppii recensione recepit) δωδεκάτην ὥραν σημαίνουσα.

Verba ἡ τήν ante δωδεκάτην in L. iure desunt.

V. 10. ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστι τὰ (ἡ L.) τὰς ἰσημερινὰς μετροῦνθ' ἡμέρας (μέτρον ἡμ. L. per compend. script. conf. M. p. XX.)

Lege: ἡ τὰς ἰσ. μετροῦσα (sc. γραμμή) ἡμέρας.

P. 68 v. 9. πρῶτον μὲν τῶν στοιχειωδῶν ἐν αὐτῇ θεωρημάτων ζητηθέντων αὐτῇ (αὐ^τ L.)

Quid sibi vult αὐτῇ post ζητηθέντων? In contextum incidit neglegentia librarii qui oculis aberravit ad praegressum αὐτῇ; itaque reiciendum est.

P. 71 v. 3 sq. sq. Inspiciamus nunc locum p. 71, 3—5 quo Galenus exagitat stultitiam atque infantiam doxosophorum, qui quod ipsi nihil exprimis elementis perceperint, se veram omnium rerum naturam perspicere posse professi, ut

---

[1]) Phil. XXIII p. 450. Script. sel. p. 478.

defendant hanc sententiam, gloriantur se solos sapientes esse et perspicaces: *ἴσως δὲ φήσουσι μόνοι τε γενέσθαι συνετοὶ καὶ βλέπειν [ἐπιληπτικῶς] τὰ πράγματα, καθάπερ Λυγκεὺς τὰ κατὰ γῆς.*

Pro inepto *ἐπιληπτικῶς* quod spurium editor iure meritoque inclusit in cod. L. legitur *ἐπιληπτικῶς*. Sententiarum autem contextu, si recte eum perspexi, adverbium *ἀξίως* vel *καλῶς* vel aliud tale deposci mihi videtur.

Qua in difficultate solvenda maxime adiuvamur quaestionibus quas instituit Dyroffius.[1]) Pro certo enim ille demonstravit Cleanthem pbilosophum pro Stoicorum appellatione *καθήκοντα* in philosophiam Stoicam introduxisse vocabulum *ἐπιβάλλοντα* qua signifcatione leges a natura communi (*κοινῇ φύσει*) constitutae significabantur.

Tum autem procedentibus significationis gradibus verbo *ἐπιβάλλει* subiectam esse sententiam „decet" „oportet" his scriptorum testimoniis confirmat.

Plut. de Stoicorum repugnautiis 1033 D: *αὐτὸς γοῦν Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ Βίων οὐδὲν οἴεται τὸν σχολαστικὸν βίον τοῦ ἡδονικοῦ διαφέρειν· αὐτὰς δὲ παραθήσομαι τὰς λέξεις ὅσοι δ' ὑπολαμβάνουσι φιλοσόφοις ἐπιβάλλειν μάλιστα σχολαστικὸν βίον ἀπ' ἀρχῆς, οὗτοί μοι δοκοῦσι διαμαρτάνειν.* 1036 A.: *„τοῖς μὲν γὰρ ἐποχὴν ἄγουσι περὶ πάντων ἐπιβάλλει", φησί, „τοῦτο ποιεῖν καὶ συνεργόν ἐστι πρὸς ὃ βούλονται'.* 1047 A.: *ἔτι δ' ἐν τῷ πρώτῳ καὶ ταῦτα γέγραφεν 'οὐ μόνον δὲ τοῦ ἐλευθερίου καὶ ἀφελοῦς κόσμου δεῖν οἴομαι ἐπιστρέφεσθαι κἀπὶ τῶν λόγων ᾧ καὶ τῶν οἰκείων ὑποκρίσεων κατὰ τὰς ἐπιβαλλούσας τάσεις τῆς φωνῆς καὶ σχηματισμοὺς τοῦ τε προσώπου καὶ τῶν χειρῶν'.* Sext.

---

[1]) Die Ethik d. a. Stoa, p. 137 sq. sq.

Emp. Pyrrh. III 248: τροφῇ χρήσονται αὐτοῖς, καθάπερ καὶ τῶν ἰδίων μερῶν οἷον ποδὸς ἀποκοπέντος, ἐπέβαλε χρῆσθαι αὐτῷ καὶ τοῖς παραπλησίοις.

Quin igitur his argumentis allatis adverbium ἐπιβλητικῶς in L. traditum servandum sit, vix miht dubium esse videtur.

V. 14. καί τις ἐξ αὐτῶν κατὰ τύχην παρακολουθήσειεν ⟨ἂν τοῖς λεγομένοις⟩ (ἂν τ. λ. in L. desunt), ἀλλ' εἰπεῖν γε τὸ εἰρημένον οὐ δύναται.

Verba τοῖς λεγομένοις quae editor sine ulla necessitate addidit eicienda sunt, quod facile et omnino ex sententiarum contextu et ex vocabulo sequenti εἰρημένων intellegi possunt.

V. 7. καταγελαστότατοι πάντος (παν́ L.) εἰσὶν ἐν τοῖς τοιούτοις προβλήμασιν. Codicis scriptura nos non prohibet melius legere: καταγελαστότατοι πάντων . . .

V. 19. Etiam in sequentibus servaverim codicis L. lectionem: εἰς τὸ νοῆσαι καὶ μνημονεῦσαι (τε post εἰς om. L.).

P. 73 v. 17. βραχεῖαν μὲν ἐλπίδα τοῦ φράξειν (φράξαι L() τὴν δοξοσοφίαν ἔχονθ'.

Non habemus, quod hoc loco permutemus infinitivum aoristi φράξαι cum infinitivo futuri In hoc enim contextu locus est aoristi, quod non tempus futurum, sed sola actio significatur. Contra Cobetium qui (Var. lect. ed. II. p. 97) post verb ἐλπίζω, ὄμνυμι et cetera eiusmodi necessarium esse confirmat infinitivum futuri cuiusque rationem editor in emendandis commentariis secutus est, hunc infinitivi aoristi vel praesentis) usum contenderunt cum alii tum Voemelius (Demosth. orationes contra Aeschinem. Lips. 1862, p. XVIII).

V. 20. ὡμολόγηται μὲν (post μὲν inseruit L. ἢ) ἀπό τῶν ἐναργεστάτων ἀρχὴ (ἄρχεσθαι L) πάσης ἀποδείξεως.

Reponendum est: ἡ ἀπὸ τῶν . . .

P. 77 v. 1. *Καὶ ζητοῦντί γέ μοι τὴν αἰτίαν τῆς προπετείας αὐτῶν, εἰ μὴ ἄρα πλεονεξία, ⟨φιλοδοξία⟩* (*φιλ.* om. L.) *κατεφάνη πάντ' ἐργάζεσθαι τὰ τοιαῦτα.* Si quid video, melius inserendum erat *ἡ δοξοσοφία*; per totam enim hanc commentarii partem agitur de illis *δοξοσόφοις*, ad quos eosdem pertinent verba p, 79. v. 10: *πλὴν δοξοσοφίας οὐδὲν τούτοις ὑπάρχειν.*

P. 80 v. 21. *ἀλλ' ἐξ ἐπιχειρημάτων συγκείμενον, οἷς οἱ ῥήτορες* (*ὃ ῥή*^{τϱ} L.) *χρῶνται.*

Legerim: *οἵοις οἱ ῥήτορες χρῶνται.*

P. 81 v. 1. *Ἀλλὰ γὰρ περὶ φιλοσόφων* (*πλουσίων* L.) *ὁ λόγος.*

In his verbis corruptela quaedam satis aperta inest, quam quod neque editor neque ei qui scripserunt censuram editionis de medio sustulerunt, maxime miror.

Galenus enim postquam per multas praegressas paginas ad refutandos philosophos aberravit, his verbis usus rursus ad propositum ipsum redit. Itaque corrigendam est: *Ἀλλ' οὐ γὰρ περὶ φιλ. ὁ λόγος.*

Etiam nunc superesse permultas in his Galeni commentariis difficultates atque corruptelas quibus mederi adhuc non potui quaeque doctiorum sagacitatem requirunt intellexi, sed spero aequos iudices opprobrio id mihi non daturos esse.

Si tamen non perdidero operam et his expositis paullulum ad hunc perdignum lectu librum emendandum attulero, summo opere gaudebo.

Corrigendum est p. 59. v. 6: legitur ἐπιβλητικῶς.